



Off. 59. 4.

**PENTADEM  
DICTORUM SCRIP-  
PTURE V. TEST.  
A MANIFESTA PERVERSIONE**

**VINDICATORUM,**

*CONSENTIENTE SUMME VENERABILI FACULTATE THEOL.*

**PRÆSIDE,**

*VIRO MAGNIFICO, SUMME REVERENDO  
ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO*

**HERM. CHRISTOPH.  
ENGELEREN/**

*S.S. THEOL. DOCT. EJUSq; PROFESS. PUBL. ORD.  
ET H. T. FACULTATIS THEOL. DECANO SPECTABILI, NEC  
NON AD ÆDEM JOH. PASTORE VIGILANTISSIMO,  
PATRONO, STUDIORUMq; SUORUM PROMOTORE, SUMMA  
ANIMI SUBMISSIONE, OMNIq; FILIALI OBSERVANTIA  
NUNQVAM NON DEVENERANDO,*

**IN AUDITORIO MAXIMO,**

*Anno MDCCXX. die XIII. Novembr., Horis Consuetis,  
publico placidoque ex*agilem yutu*  
examina submittit*

*AUTOR RESPONDENS*

**M. ANG. MATTH. BÜTTNER,**

*STADA-BREMENSIS, S. S. Ministerii Candidatus.*

*ROSTOCHII, Typis Joh. Wopplingi, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.*

Sacræ Regiæ Majestatis Britannicæ  
& Serenitatis Electoralis  
BRUNSVICO - LUNEBURGENSIS,  
**MINISTRIS** EMINENTISSIMIS, CONSILIARIIS  
SPECTATISSIONIS,

*Viris Per-Illustribus Generosissimis, Ge-  
nerosis, Consultissimis, Summe Rev.,  
Excellentissimis, Dominis!*

**DN. JOHANNI FRIED.**  
**A STAFFHORST,**  
Consiliario intimo Gravissimo,  
& rel. & rel.

**DN. ALBERTO ANDR.**  
**A RAMDOHR,**  
Consiliario Cameræ intimo  
Splendidissimo,  
& rel. & rel.

Præsidibus Regiminis Stadensis ; quod  
utrique Ducatu Bremensi atque Ver-  
densi præst, fulgidissimis.

DN.  
ROSENTHAL, TYPIS L. W. WOLFGANGI SERENI. PRINCIP. ACAD. LEIPSIC.

**DN. GUSTAV. CAROLO  
A SCHARRENHORST,**

Cancellariæ Justitiæ Directori  
Dexterimo,  
& rel.

**DN. JOH. HENRICO  
SPILKER,**

Consiliario Justitiæ ac Consistorii  
Dignissimo,  
& rel.

**DN. LUDOV. JOHANNI  
A PÜCHLER,**

Consiliario Justitiæ Celebratissimo,  
& rel.

**DN. JOH. FRIDERICO  
BORRIES,**

Consiliario Justitiæ Meritissimo,  
& rel.

X 2

DN.

DN. JOH. ERNESTO:  
Büttner /

Consiliario Consistoriali Præstan-  
tissimo, ac Ministerii Stadensis Seniori Vigilantissimo,  
& rel.

*Respective Patronis suis, Mæcenatibus,  
ac Parenti, æternum suspi-  
ciendis, devenerandis,*

*Obsequia perpetua, Venerationem seriam, submissionem  
perennantem, ex intimis præcordiorum thalamis  
dicat, dedicat,*


*Insimul quoque præsentes plagulas, in tesseram gratissima;  
pro varie collata gratia, mentis, & ulteriorem sui  
commendationem, cum devoto pro incolu-  
mitate sempiterna voto, ad pedes  
deponit*

## TANTORUM NOMINUM

Robt. Anno 1712  
d. 1. Nov.

Humilissimus Servus  
& devotissimus Cultor;

M. ANG. MATTH. Büttner,  
SS. Ministerii Candid.



ב"ר  
הקרטן



Erbum DEI sacris comprehensum literis, vi-  
riis prob! abusibus expositum esse, ac illoris  
quod ajunt, manibus, sapenumero tractari;  
in solis jacet disco, aliis aperte magis, aliis re-  
ctius ac subtilius crimen hocce incurrentibus.  
Aperte satis verbo divino abutuntur, qui illud  
ad ludos, & jocos, tam loquentes, quam scriben-  
tes, adhibere non verentur. Exemplum Marci  
Antonii memoriae prodidit Castilion Comes de  
Curiali L. II, p. 161, apud Duntium in Casibus  
Conscientiae Cap. X. Sect. II. Qvæst. 52, p. m. 291.  
hunc verbis: Patavii cenobium Monacharum erat, numero decem. Praef-  
etus loci quinque carum imprægnavit. Episcopus valde iratus voluit illum  
in carcerem conicere. Verum res (erat enim homo dectus & bonus Pater)  
multos habebat intercessores, & inter alios Marcum Antonium, qui inter-  
cessit, petiitque, ut Episcopus attenderet, quid locus, quid opportunitas hu-  
mana, quid amor muliebris valereret. Tum Episcopus, At, quid, obsecro,  
dicturus sum, coram judicio DEI? dicit ille: Redde rationem vilificationis  
tua. Ad quod Marcus Antonius: Dices, Domine Episcope, quod docet  
Evangelista: Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque supra  
lucratus sum. Et sic non potuit in summa austerritate risum continere. Epis-  
copus. Geminum vitium nonnullorum Opificum, in solemni emancipatione  
suum puerorum [in ibrem Gesellen machen] formula batejimali: Ich tanße  
dich / u. turpiter abuentium, iusto obolo notat M. J. Christoph. Ludwig in  
den curieusen Fragen / Centur. I. Dec. VI, p. 258. lqq. Sicuti autem multi vere  
bum DEI loquendo debonestant, uti quotidianamente edocet experientia; Ita infinita  
ta quoque datur seges eorum, qui similia temeritatis specimen scribendo edi-  
derunt, eduntque. Specias hic Joh, Caramuel, Scriptor Pontificius, in Theos

**logia Morali fundamentali**, Anton. Dianam, Clericum regularem, ob nefandum studium, vitiorum excusationi vel sublationi iuspensum, nominans Agnum Dei, qui tollit peccata mundi. Quis enim non videt, quam proterve eloquuntur Christi Job. I. 29, ad impium vitiorum Patronum applicetur? Huc spectat **Autor Tract.**: Mulier non homo, germanice versi, sub hoc tit. : Untersuchung der Frage: Ob die Weisen Menschen? quippe qui thesin suam iocosa: *Mulieres non esse homines, coloraturus, insigni dictorum Biblicorum numero vim infert manifestam.* Sic e. g. p. m. 16. ed. germ. blaterat, Gen. I. 26, unicum duntat hominem in singulari, nempe matrem, intelligi, id quod tamen vocibus mox addicit, nec non verius sequenti, 27. in faciem contradicit. *Huc pariter referendus est Autor der auferlesenen Annalen, Cap. viii Append. Tom. I V. § IX.* sqq. p. 15. sqq. imperium mariti in uxorem negans, ac capropter §. 16. p. 30. sqq. locum notabilem Gen. II. 16, valde tortuosa, ac non de jure, sed saltene de facto exponens, id vero non serio ac ex animi sententia, sed saltene temporis faldandi causa, fieri, ex §. 17. p. 54. manifeste colligere est, ubi pollicetur, se legitimum mariti in uxorem imperium alio tempore juxta scripturam ac rationis argumentum valide commonstraturum esse. Par improbitatis stigma sibi aliis passim inusserunt. Sic nefandus Autor schedae scandalose, cuius tit. : *Hareitatum materia, Gen. I X. 6. impio ac inepte persuadere satagit, licere marito, cui perfida contigerit uxor, par pari revere, ac alterius, qui meretricio conjugis sue amore fruatur, uxorem illicita pariter venere amplecti.* Nec minus anonymus in Dissert. de eo quod iustum est circa spiritus familiares foeminarum b. e. pulices, qvæst. 7. p. 7, risum movendi causa, asserit, pulices jure civili teneri, & probationis loco plane blasphemie provocat ad Rom. XIII. 3. Omnis anima subiecta sit porrecti principis. Simile quid occurrit ib. qvæst. 36. Postquam enim p. 19. sqq. dixisset, pulicem ob mortuum suum non posse immisericorditer a foemini occidi, mox p. 22. ejus gratia allegat dictum Prov. XII. 10, à B. Megalandro germanice translatum: **Der Gerechte erbarmet sich seiner Bieches.** An vero etiam infelix Praeadamitarum Parenz, Peyterius, suam de hominibus, ante Adamum conditis, hypothesin, non ex animo, sed saltene ad offendendam ingenii malefani dexteritatem, propinarit, ac capropter insignem dictorum sacrorum numerum perversum iverit, alii judicent. Contrarium certe monstrare satagunt Dnn. Auroraes der Unschuldigen Nachrichten / anno 1704. p. 590. Vid. Max. Rev. On. Praefidis mei, Fautoris, Praeceptoris & Hositiis, omni filiali cultu ad cines usque venerandi, disp. de præadmitimento recente incrustato, Cap. II. §. 1. p. 24. Interim sunt non nulli Eruditorum, qui de Agrippa ac Beverlando causari audent, ab illo notissimum de Vanitate Scientiarum Tractatum, ab hoc vero irreligiosum de Pecato Originalis libellum, nonnisi exercitiu causa scriptum esse, id quod curiosis discutiendum linguo. Vid. de Agrippa das Alte und Neue ann. 1701. pag. 85. & de Beverlando, die Utsch. Nachr. ann. 1706. p. 28. Verum enim vero iustus modi joci, quibus & theses manifeste falsæ ac nocivæ propaguantur, & sacratissima

sim e

Spiritus S. effata profano tam ore quam calamo trabuntur, istiusmodi in-  
quam joci, ad verba pertinent otiosa, de quibus insanis mortales gravissimam  
olim sunt reddituri rationem, Matth. XII. 36. Utinam id in communi vita  
sollicite revocaretur ad animum, ubi nihil frequentius est detestando nominis  
ac verbi divini abusu, contra expressam secundi praecepti literam! Minime  
tamen putandum, ac illi soliabus divini iure postularentur, qui istud jocandi,  
vel rem seriam non agendi causa, prepostere usurpare amant; Nam tot prae-  
terea abusum genera prob dolor! prostant, ut numerus eorum miri via possit.  
Ut autem alia borum siccio prateream siccio, quorum aliquot memoravit Magnif.  
Do. Praeses in Disp. cui tit. Psalmorum **CXLV.** & aliorum a corruptelis Vin-  
dicatio, novæque Poëseos. Hebraicæ consideratio in Præfat. p. 1. sqq., longe  
plura vero allegantur & castigantur à Dn. Spenero in den Sprüchen der Heil.  
Schrift / welche zur Hegung der weltlichen Sicherheit gemisbrauchet zu werden pfle-  
gen / gerettet. Do. Carolo Godofr Engelshalio, in Prædictis Vitæ, Cap.  
XII. p. 469. sqq. M. Godofr Balthas Schafffo in der verkehrten Bibel der Gott-  
losen / & M. Nic. Bahniu in den Biblischen Sprüchen und Historien / wie solche ges-  
misbrauchet werden. Id saltem heic monere collibet, iſlos etiam mortaliū  
quam maxime verbo divino abuti, qui serio ac ex animi sententia sacras literas  
pervertere, ac absque fronte, nefcio in quem sensum incongruum obtorto collo-  
rapere audent, ut vel heterodoxis suis doctrinis fucum concilient, ac colore,   
vel mentem novitatis avidam existant, & demuleant, vel aliud quendam  
scopum minus laudabilem obtineant. Non existimo, fore ut aliquis hujus furfu-  
ris homines virtu abusus Scripturæ absolvere audeat, quandogridem Deus illud  
graphicè taxat ac condemnat Zeph. III. 4 conf.2. Cor. IV. 2. Sed neque puto,  
dubitaturum quendam, an tales audaculi Critici, verbo divino manifestam  
vim inferentes, revera dentur, ubi enim rerum adsunt testimonia, non opus  
esse verbis, πολυθρόνοι illud vulgarissimum loquitur. Obtutum saltem  
si figura placet in Heterodoxorum ac Novatorum Libros dogmaticos, Commen-  
tarios, Observations exegeticas, &c., ipsa veritas sole clarius illabetur in oculis.  
Et quoniam se nihil hic & illic specimina nonnulla dictorum scripture, per  
manifestam ~~περιηγήσας~~ deformatorum, obtulerunt, hinc opera me pretium  
facinorum esse putavi, si, quantum necessitas postulaverit, ac temporis penuria  
concesserit, taleni abusum proscriptero, & sacra Spiritus S. effata a violentia  
illata breviter liberavero, insimul quoque usum practicum ubique,  
licet tribus saltem verbis, subjunxero. Dirigat

DEUS mentem manumque.  
Amen!



A 2

Dictum

¶ 140

# DICTUM I.

## Josuæ X. 12. 13. 14.

TEXTUS HEBRAEUS:

שְׁמַשׁ גָּבְעֹן רֹתֶה  
 Persio ῥωγ Εβδομάκον ex edit. Basil. ann. 1582.  
 στήριξ ὑλίς καὶ γαβαῶν. κ. 7. λ.

i.e.

Stet Sol contra Gabaon.

Translatio Seb. Schmidii:  
 Sol in Gibeone quiesce... &c.

Lutherus:

Sonne / siehe still zu Gibeon / u. s. w.



### §. I.

Rimum hic locum, serie Librorum Scripture ita postulante, tribuo Joannis Jacobo Zimmermanno, quippe qui in Tractat. cui tit. : Scriptura S. Coperniciana, seu potius Astronomia Copernico-Scripturaria P. II. Cap. I. §. V. p. 67. seq. hypothesi Copernicanae de quiete Solis in centro mundi, ac terræ circa solem revolutione, patrocinium quæstiturus, ac æstimium, assertere audet, in loco tritissimo Jos. X. 12. 13. 14. non adhiberi vocem רֹתֶה, stetit; sed saltem radicem רֹתֶה siluit, eamque denotare cessationem non a motu locali, sed saltem a gyratione centrali, circa proprium sc. centrum facta: Auscultemus ipsum Antorem l. c. So bringt auch der Hebräische \*\*\* Text die Copernicausche Exposition selbsten mit sich. Denn betreffend den Hebräischen Text / warum hat der Geist Gotter bey der Sonnen das Wort רֹתֶה (Ramat) siluit, conticuit, schwiegen / und nicht das Wort רֹתֶה (Amad) stetit, perstictit, permanit, stehen, stille stehen / gebraucht? da es doch dieses letztere Wort eben in selbigem

selbigem Capitel gebrauchete von räumlichen Stillstehen des  
Vold's Israel/v.19. Ihr aber steht nicht stille / sondern jaget  
euren Feinden nach u. und wolte doch bey der Sonnen dieses  
Worts / so ein räumlich stille stehen vere importirt / in einem  
gleichwollen so grossen und übernatürlichen Wunder des Still-  
stands der Soñen sich enthalten / und hergegen ob bemeldtes Wort/  
welches teste Buxtorfio nur (metaphorice) verbühlter Weise stille  
stehen heissen kan / substituiren / da doch ja das grosse Wunder sol-  
ches Stillstandes vor andern meritir hätte / mit propriis verbis  
quam significantissime auf das eigentlichste ausgedruckt zu werden.  
Allein es hat der Geist Gottes eo ipso wollen andeuten / daß weil  
der Sonnen natürlicher Weise kein räumlich fortlauffen zu kommen  
und folglich auch übernatürlicher Weise derselben kein räumlich  
Stillstehen entgegen gesetzet werden könne / auch kein solches  
Wort / so ein warhaftig Innehalten des Lauffs importirt / gebraucht  
werden möge. Aber das Wörtlein ☐ (Damam) siluit / stille  
schweigen / hat sich hier apposite gereimet / indem damit angedeutet  
wurde / es solle die Sonne als Regenten (forsan Regentin) dieses  
Planetischen Würbels oder Herrschaft / in ihrer Central-Gyration  
ruhig seyn / und sich solange ihressolarischen Imperii begeben / und den  
sonsten immer siedenden und strudlenden Ausfluss ihrer Exhalationen  
lassen still seyn / bis die Schlacht geendigt wäre / damit nicht durch  
die Störe ihres exhaltrenden Suds / so alles zur Bewegung treibe /  
die Erde zur Gyration stimulirt werde / und die Nacht herzunahen  
dürfste.

S. II. Cave autem ne Zimmermannum nostrum confundas cum  
D. Matthia Zimmermanno , Superintendentे olim Misnenensi , Ana-  
lectis miscellis mensbris , Florilegio Philologico-historico , aliisque Scriptis  
doctissimis , claro , ac nominis immortalitatem adepto . vid. das Geo-  
lehrte Lexicon col. 2575. Noster enim Joh. Jac. Zimmermanus  
primum in oppido qodam Ducatus Wurtenbergici Diaconum agens ,  
anno 1685. officio motus fuit , idque propter pertinacem Chiliasmī  
defensionem , sub anagrammatico nomine Ambrosii Sebman von  
Caminiecz , in Tract. Muthmaßliche Zeit-Bestimmung gewiß ge-  
genwärtiger beydes Göttl. Gerichte über das Europäische Babel

und Anti-Christenthum ihigen Seculi, als auch hierauf erfolgenden herrlichen Aufgangs des Reichs Christi auf Erden / publice institutam, quandoqvidem quoque in citato Tractat. ruinam Babylis, prodromum quasi Chiliasmici regni, in annum Christi 1693., Spiritu vertiginis actus, rejicere non verecundatus est. Ab hoc tempore is variis in locis, utpote Heidelberga, Franfurti, Hamburgi, & aliib exulavit, correctione liborum, ac institutione in Matheville tam tolerans, ac vehementes subinde in Ecclesia motus, turbasque pronovaturientis ingenii pruritu, ciens, & excitans. Hic etiam Rostochii per integrum octiduum commoratus, Matheos professionem publicam ab Amplissimo Senatu omnibus viribus obtinere studuit. Sed voti sui compos non factus, Hamburgum redit, ac deliria maleficiæ mentis, infanum illum Sutorem Görlensem, Jac. Böhmi, pro immeidato Dei Propheta, in XL. questionibus, B. Hinckelmanno propitiis, venditando, excludere perrexit. De fatali Zimmermanni morte seqventia habet Dn. M. Ludov. Melchior Fischlinus, in memoria Theologorum Wirtembergensium P. II. p. 232: Cum spem de melioratione temporum ad annum 1694. prædicta, decollare cerneret, pudore fortean suffusus, in Pennsylvaniam (Hamburgo) cum 16. familie ire constituit, eoque fine nave & sumtas ab opulento Quakero precibus impetravit. Sed antequam navem ingredieretur, morbo correptus, magno suo bono, uti Croesus ait, sed cæterorum ingenti luctu expiravit Roterdami Anno 1696. Vxor & liberi ejus a nonnullis multis muneribus cumulati cum reliqua Societate in Pennsylvaniam abierunt. Prolike de Zimmermanno, ejusque motibus, fatis, Scriptis &c. agit Dn. Fischlinus l. c. p. 230. sqq. Consuli etiam meretur Celeberrimus quondam Almae hujus Theologus, de toto orthodoxo coetu immortaliter meritus, B. Joh. Fechtius in Prelectionibus in recentissimas Controversias, publice habitis, P. I. Cap. II., de Jac. Böhmo, §. IX. X. XI., quæ hacenus in MSCto latentes, ut propediem obstetricanibus manibus Viri præcellentissimi Dn. M. Gustavi Frid. Fechtii, paternal candoris ex affe hæredis, publicam aspiciant lucem, est quod animitus opto.

§. III. Prædictus interim Zimmermannus, Matheos Scientia haud proletaria pollens, varia quoque in publicum emisit Scripta mathematica. Hinc orbis eruditus vidit An. 1669. Amphitheatrum orbis stellati, teste G. M. Königio in Bibliotheca Veteri & Nova p.m. § 84.

Præser.

Præsertim vero *Copernici Systema*, seu dispositionem corporum cœlestium (de qua vid. *Georg Paschit Inventa Nov-Antiqua Cap. VII.* p. 517. sq.) cum sacris literis conciliare omnem movit lapidem, edens An. 1689. sub nomine *Philaletha*, *Exercitationem Theoricorum Copernico-cœlestium mathematico-physico-theologicam*, cuius tercia pars hunc negotio dicata est. Hypothesis vero, Autori arridens, quam cum Scriptura Sancta in gratiam reducere geslit, grato exhibetur compendio, in *Actis Erudit. Lipsi. An. 1690.* mense *Majo.* p. 261. hisce verbis: *Ex princi. & Theologia Platonic-Christiana Solem afferit centro lucidissimo conglobatum esse, & Spiritu actuosissimo totum systema planatarium implere, sese indestinenter & absque omni desfatigatione circumrotando illocali mutatione: contra terram nostram, altosque Planetas obscuratos, partim vel circa axem proprium gyvari vel oscillare, partim circa solem circumire, mutuatitio ejus lumine fruentes.* Clarius se postmodum explicat, docendo, Soli quidem motum diurnum annuumque in se non competere, multo tamen nobilitorem ipsi tribendum esse, nempe motum gyrationis circa proprium axem, vi cuius Sol in mundi medio velut Rector totius vorticis planetarii residens, & circa suum centrum indestinenter rotatus, caussa sit omnis motus in mundo suo, cumque Planetis & terram circumagat vid. *Act. Lipsi. loc. cit. p. 263.* Haud multo post nimirum An. 1690. publicavit novum *Tract.* Sub tit. *Scriptura S. Copernizans, seu Astronomia Copernico-Scripturarum bipartita, h. e.* Ein ganz neu und sehr curieuler Astronomischer Beweifsthum des Copernicanischen Welt-Gebäudes aus Heil. Schrifft Hamburgi & Altenaviae in 4to, qvi postmodum an. 1706. reculsum est Hamburgi in 8. Contenta hujus Scripti quoad priam partem nobis pariter fistunt *Lipsienses in Act. an. 1691. p. 205. sq.* sequentem in modum: *Qua Idem in memorata Exercitationis P. III. propos. II. circa Solis & Fixarum localem stationem, Telluris vero, cæterorumq; Planetarum motum in orbis suo, ex principiis Theologia Platonic-Christiana explicitur, in hujus Opusculi parte priori, & opere creationis hexaemero, Cap. Gen. I. descripto, assertum it.* Objectiones vero e pandentis sacris contra Copernicanos depromtas, iisdem, quibus prop. 3. dicti Tractatus usus est, argumentis, in adversarios retorquet. eorumque hypothesis cum controversis illis textibus Sacris quam optime convenire, altera

altera tractatus hujus parte ostendit. Conscriptas vero est libellus idiomate Germanico, ut & vulgo gentis nostra, quod neplurimum pra-concepta vulgaris philosophie Ptolemaica impetu a scitis Copernici nimis um quantum abhorret, de harmonia inter hac, & S. Scripturam, plau-nis atque hactenus constare possit. Mox quoque p. 207. de secunda parte monent. in eadem objectiones, Copernicanis ex Sacris literis factas, dilui, & ea, quæ jam in Exercitatione Theoricorum Copernico-Celestium P. III. allata fuerint in medium, hic repeti, ita tamen, ut amplior olim dictorum ἐξύνοτος hinc inde, quædam etiam è Textu præsertim Hebræo, & LXXVIRall versione, pristinis superaddita compareant. Idem cum Zimmermanno faxum volvere studuit Pater, Paulus Antonius Foscarinus, Carmelitanus, in Tractat. de mobilitate terra & stabilitate solis, & de novo systemate, s. constitutione mundi, in quo S. Scriptura autoritates & Theologica propositiones adversus hanc opinionem conciliantur.

§. IV. Etiamsi autem Zimmermannus sic satis sibi blandiatur suo instituto, ac inventione, minime tamen credo eundem omnino tollere punctum vel eorum, quibus nec Tychonicum Systema (de quo consulatur Paschius in Inventis Novi-Antiquis Cap. VII. p. 520.) omnino est ad palatum. Hinc Cl. Dn. Volkardus Stindtius, Rostochiensis, Juris Candidatus doctissimus, Amicus meus estimatissimus, novum Systema, a Copernicano & Tychonico diversum, indagere studuit, & illustrationi ejusdem Tract. cui tit: Systema mundi simpli-cem motum corporum celestium continens, novo hypothesi astronomica, per suppositionem Stellarum fixarum circulationem ad annum Sydereum, genuine concipiendum hactenus adhuc ineditum, optima intentione de-stinavit, id quod etiam refertur, in Novis Literariis Eruditorum in gra-tiam publicatis An. 1720. num. IX. p. 126.

§. V. Anteqvam adhuc proprius ipsum principale negotium aggrediar, non possum, quia in Zimmermanno id summis eveham laudibus, eidem profanam Copernicanorum sententiam, de Scriptura ad captum vulgi erroneum se accommodante haud aridere. Cum enim Copernici Affectus communis ore non vereantur caussari, Scripturam S. se ad errorem vulgi captum in rebus naturalibus accommodate, eamque sic, Soli motu & terra quietem tribuendo, pariter contra

ref

rei veritatem ; cum vulgo errante , loqui , id quod justa censura perfrinxit Magnif. Dn. Praes in diss. de Praadamitismo recens incrustato Cap. III. §. XIII. p. 52. Hic noster ingenuum suum diffensem profiteri gesit , praefatus in Exercitatione ante citata , ejusque pars tertia , male à Copernicanis fieri , quod in sententia sua patrocinium textibus sacris , ab adversa parte , contra se intortis , popularem sensum affingere audeant , nec Spiritus S. loquelas , utique cum scandalo , ut summe veracem & accuratam in pretio habeant , imitor lingvam DNN. Lipsiensium in Act. Erud. ann. 1690; p. 261. Idem in Scriptura Copernizante P. I. p. 9. confirmat , scribens : Ich erkenne und bekenne in aller Demuth / das der Stylus der Heil Schrifft keineswegs popularis , und nur ad captum vulgi accommodiret sey / wie bishero die Copernicaver zu Behauptung ihres systematis singiret haben / sondern viels mehr auch in den naturalibus voller Wahrheit und Geheimnissen stecke / &c.

S. VI. Jam ad rem ipsam pedem promovebo. Animo itaque non sederi in ipsam Zimmermanni hypothesis Astronomicam , §. III. recentem , inquirere . neque mens mea est , singulas singulorum Scriptura dictorum expositiones , a Zimmermanno in Scriptura Copernizante Part. II. p. m. 63. 199 , in gratiam hypotheseos sue Copernicanarum allatas , æqua ponderare libra ; & quam firmo illa stent talo , despicer , sed circa unicum tantum Textu Jos. X. 12. 13. 14; non usurpari vocem עָמָד , stetit , sed saltem vocem עָמָּד , siluit , ait , inde concludens , Soli hic non vindicari motum localem , sive motum revolutionis circa terram , cum alias adhiberi debuisset radix עָמָד , stetit , qvippe quæ juxta ipsum cessationem à locali motu significat , & involvit Verba Viri inter alia ita fluunt ; Warum hat der Geist Gottes bey der Sonnen // nicht das Wort עָמָד (Amad) stetit , perstetit , permanxit , stehen / stillestehen gebraucht ? &c. At vero id ipsum , quod tam audacter pronunciat , sc. vocem עָמָד , stetit , hic non comparere , oppido falsum est. Provoco ad ocularem inspectionem , omni exceptione majorem , qvicunque enim alterutro solum oculo versum 13. lustraturus est , obviam habebit radicem עָמָד , stetit;

stetit ; Audiamus , quæso , exerta Spiritus S. verba , in medio citatis  
 versus 13 ita fluentia : וְעַמְּדָה שֶׁמֶשׁ בְּרֵחֵב רְשֵׁת יְהוָה זֶה  
 לְבוֹא כִּיּוֹם הַמִּים I. e. Ita stetit Sol in medio orbis , nec festinavit occidere  
 quasi diem integrum . Ecce ! Spiritus S. inquietus : שְׁמַר הַשְׁמָשׁ  
 stetit Sol ! Ecce radix עַמְּדָה stetit , h. i. manifestissime adhibita ! Ecce  
 Zimmermanus manifestam vlm Textui S. inferens ! Porro (2) pes ,  
 peram statuitur , alteram vocem רְשֵׁת siluit , v. 12. & 13. adhibitam ,  
 denotare saltum cessationem a gyratione centrali , non vero a motu lo-  
 cali , quo tendit sermo sequens : Es hat der Geist Gottes eo ipso  
 wollen andeuten / das / weil der Sonnen natürlicher Weise kein  
 räumlich Fortlaufen zukomme , und folglich auch übernatürlicher  
 Weise denselben kein räumlich Stillestehen entgegen gesetzet wers-  
 den können ; auch kein solches Wort / NB so ein wahrhaftig Innes-  
 halten des Lauffs importiret / gebraucht werden möge . Allein /  
 das Wörtlein סְמִן (Damam) siluit , stilleschweigen / hat sich  
 hier apposite gereimet / indemē damit angedeutet würde / es solle  
 die Sonne / als Regentin dieses Planetischen Wirkels oder  
 Herrschafts in ihrer Central-Gyration ruhig seyn &c. Jam quidem  
 ingenuo fatemur , verbum רְשֵׁת in sensu proprio habere significa-  
 tionem stendi , quomodo Ezechiel Cap. XXIV. 17 , sicut jubetur , ita  
 ut planctum , aliaque luctus signa externa , non edat ; fatemur quoque  
 pari facilitate , idem verbi o metaphorice sustinere tensum quiescenti .  
 Sed id neque fatemur , neque fateri possumus , talem tunc semper in-  
 telligendam esse quietem , quia non a motu locali , sive mutatione loci  
 pristina , sed saltu a connotatione , in eodem loco instituenda , cessatu .  
 Nam contrarium edocemur ex clarissimo loco I. Sam. XIV. 9. ubi  
 persistens Jonathan ita suum compellat armigerum : Si ira dixerint  
 ad nos (Philistæ) ¶ ¶ QUIESCITE , usque dum perigerimus ad  
 vos &c. Anno hic Ebreorum ¶ ¶ רְשֵׁת , tales insinuat quietem , qua  
 Jonathan & Arsalus ejus cessare debebant a motu locali , ita ut in eo-  
 dem loco subsisterent , neque ulterius pedem promoverent ? Anno  
 quoque illa ipsa locutio : Quiescite , exponitur per : non ascendere , qvi  
 mox Jonathan subiicit : tan non ascendemus ad eos . Sane Philistæ  
 hic non latroducatur tamquam mandantes intermissionem omnis o-  
 minino connotacionis in eodem loco instituenda , sed id saltum im-  
 perantes , ut locum ipsum non mutarent , sed in illo subsisterent ac qvi-  
 escerent ,

eserent, qvapropter voluntati Philistiorum non contravissent duo hi, etiamsi vel centies in gyrum, absque sensibili loci mutatione, se circumgissent. Et quid multis? Controversum illud **תְּמַנֵּה**, qvievit apud Josuam, talen innuere quietem, qva imprimis motus localis, sive transitus ex uno loco in alium, omittitur, sole clarus inde elucebit, qvia id ē vestigio v. 13 per alterum verbum **תְּמַנֵּה**, stetit, explicatur. Nam qvod prius sic effertur: **וְשָׁמַר הַשְׁמָדָה**. & qvievit Sol, istud statim hoc enunciatur modo: **וְשָׁמַר הַשְׁמָדָה** ita stetit Sol. Quemadmodum ergo radix **תְּמַנֵּה**, stetit, ipso Zimmermanno ambabus largiente, cessationem involvit à motu locali, ita pariter alterā: **תְּמַנֵּה** qtievit, hoc loco, geminam mutationis localis intermissionem indig- tari, indubium est, eo ipso, qvia posterior hæc prioris interpretetur agit. Interim 3) καὶ ἀρπαζον contra Zimmermanum disputare, & ex propriis concessis lucidissime evincere possumus, juxta Scripturā ducunt, non terram, sed Solem localiter moveri, & in orbem fert. Argumentor enim: Si Solis qvies extinxitur per vocem: **תְּמַנֵּה**, stetit, seqvitur, qvod Sol antea localiter fuerit motus, & in circulum actus. Ratio est hæc, qvia Zimmermanus **תְּמַנֵּה** αὐτῷ annuit, prædictum, **תְּמַנֵּה**, stetit, proprie significare cessationem a motu locali, scribens: Der Geist Gottes / wolte bey der Sonnen dieses Worts / so NB. ein räumlich Stillestehen vere importiret/ in einem gleichwol- len so grossen / und übernatürlichen Wunder des Stillstands der Sonnen sich enthalten / &c. Jam sublimo. Atqyl verum est prius, uti sola inspectio edocet, Ergo verum etiam est posterius. Videat ergo Zimmermanus, qvanam firmitate p. 63. gloriarī audiat, se demon- straturum, daß die beygebrachten Testimonia der Heil. Schrift, nicht nach dem Buchstabilchen Verstand zu erklären seyn/ es sey denn daß man copernicū und Copernici Meynung beypflichtē. Legi adhuc, qvoad ipsum huncce locum Biblicum, potest D. D. Georg Abichtius, hodie Gymnasi Gedanensis Rector dexterimus, in dispe- de statione solis, ad Jos. X. 12, 13, 14. ante aliquot annos Lips. hab. & Dn. M. Franc. Wockenius, hodie Con-Rector Neo Sedinensis fidelissi- mus, in Meditationibus privatis T. I. Medit. 12. p. 78. sqq.

§. VII. Subjicere jam placet *Observationes practicas.* I)  
Perpende, qvælo, O homo. Dei O M. benignitatem singularissimam.  
Nam Jehova exaudiuit vocem Veri v. 14., ita ut post Jolux allocutio-

nem , directam ad Solem & Lunam , mox quoque voto ipsius eventus responderit . Josua nill erat nisi pulvis & cinis , instar Abrahams Gen. XII. 27. Deus e contrario est beatus & Solus potens , Rex Regnantium , & Dominus Dominantium 1 Tim. VI. 16. Et ecce hicce Rex Regum se accommodat ad voluntatem pulveris . O Φιλανθρωπία miranda ! 2) Cave homo , ne cum Josua miraculum a Deo postules , nulla enim promissio exauditionis tibi , tale quid postulantis , facta est . Qvicunq; autem opus extraordinariae Dei potentiae , citra promissionem , audacter desiderat , Deum tentat , & qui Deum tentat , peccati crimen incurrit , Dent. VI. 10. Matth. IV. 7. Itinare itaq; Josuam , non quoad orationis genus te enim non decet cum Josua effectus miraculosos pro lubitu a Deo efflagitare , sed quoad Orationis fiduciam , ut sicut ille Deum accessit certissima exauditionis spe , ita etiam tu bona animae ac corporis a Deo expetas ; nullus dubitans . Jac. I. 6. 7. Sane si sic petes , dabitur tibi , Matth. VII. 7. 3) Deo obedientiam praestare tenemur exactissimam . Deo jubenti Sol & Luna , creature inanimatae , obediunt , ad nutum divinum currentes , & ad ejusdem voluntatem subsistentes . Quidni tu id faceres , o homo , creatura rationalis ? Deus te jubet in via mandatorum suorum currere , & bonum omnibus viribus perfici , eum in modum , quo venator tergis ferarum inhæret , Ps. XXXIV. 15. Cur itaque morem non gereres promptissimum ? Deus te jubet pessimam flagitorum semitam deserere , & a malo desistere , ib. Cur itaque mandatum divinum non exequereris ? Hispanos , satis alias inflatos , ad voluntatem Regis sui se quam libentissime accommodare , accepimus . Ita enim memoria prodidit Comitissa Gallica d' Annoy in ihrer Reisebeschreibung nach Spanien P. I. p. m. 418. seq. ex versione Germ. Der bloss Name (des Königs) ist bey Ihnen sehr heilig / daher man alles von dem Volcke erhalten kan / wenn es nur heisset : der König befiehlet es ! Si id laudi dicitur Hispanis , multo magis Christianorum est , iussa Regis Regum ultro perficere citroque . Obedientia Augustino Libr. XIV. de Civitate Dei , Cap. XII. Oper. Tom. V. fol. m. 119. ed. Paris. an. 1571 , audit : mater ac custos omnium virtutum . Quis ergo hanc matrem non exscolaretur ? Summa : Deum time & praeceptum ejus custodi , hoc namque omnis hominis est . Eccles. XII. 13.

DICTUM

\* \* 13 \* \*  
**DICTUM II.**

**Psalm. LXXXV. v. 9.**

*TEXTUS HEBRAEUS*

אָשְׁפֵעַ מִהּ יְרַכְּ הָאֵל יְהוָה

*LXX. Interpretes*

Ἄκεστην, παλαιότερον εἰς ἐποί κύριον οὐδέποτε,

i.e.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.

*Seb. Schmidius:*

Audiam, quid locuturus sit Deus Jehova.

*Lutherus:*

Ach dass ich hören sollte/dass Gott der Herr redet.

*S. I.*

**L**Arvatus Christianus Democritus lumen suum internum, intus lucens, & animam absqve verbo externo illuminans, eamque de cunctis instruens, (appellatum aliis nominibus, Christus in nobis, Canon internus, verbum internum &c.) Incautis mortalibus obtrusurus ac vendituras, provocat ad Ps. LXXXV. 9. caustatus, hocce lumen, seu verbum internum, in corde Davidis extitisse, imo in illo locutum, & absqve externi verbi prædicatione auditum esse. Ne autem nuglendo pessimo aliquid videat affingere velle, en! expressa ejusdem verba, ita tonantia in der Wiederlegung der reinen Orthodoxie Cap. II. sub fin. Tract. de Papismo Protestantium Vapulante p. 253. sq. edit. in 12. Opp. p. 150. ed. in 4to. Was solls denn seyn? wirstu sprechen: Wo das Hören ist / da muss ja allezeit auch eine äusserliche Predigt seyn. Respondetur, probetur Major. Ich glaube es nicht. Denn es spricht ein grosser Enthusiast in der Heil. Schrift nach der alten Griechischen Übersetzung zu welcher Zeit der Fanatismus nichts neues muss gewesen seyn: Ich will hören/ was der Herr in mir redet. Ps. LXXXV. 9. Dieser hörete ja ohne Predigt von aussen/ und hat in seiner Seelen einen Prediger / der ihm das Wort und Zeugniß verkündiget / auch redet Jacobus von Hörern des eingepflanzeten Wortes / Cap. I. 21. Post pauca pergit: Es kan auch

auch ein Gehör seyn / wo keine äusserliche Predigt ist / wie wir aus den Worten des Enthusiastæ canonici , des Königes Davids erschen / welcher teutsch heraus wider die Orthodoxie zeuget / und spricht; Ich will hören was der Herr in mir redet.

§. II. Christianus autem Democritus alias est a Democrito Christiano. Edidit enim Lucifuga aliquis, nomen Democriti Christiani mentitus , an. 1700 Tract. pessimum sub tit: Apostolischer Wegweiser zur wahren Gerechtigkeit Gottes / iterum an. 1703. recusum , sub novo rubro: Evangelische Vorstellung der wahren Rechtfertigung. Qvoniam vero in illo evangelica de justificatione doctrina plane conculcatur , ac imputata Christi justitia nefario aula impugnatur, hinc refutationem ejus solidissimam instituere gavisi sunt Dn. Michael Færtshius, Theologus Jenensis Celeberrimus, in Decade Dipp. Select. Disp. IX p. 321. sqq. Dn. Seb. Edzardi in Tract. cui tit. Satisfactione Christi a Cavillationibus Socinianis Fanatici vindicata, (quem integre exhibit Dn. Georg. Serpilius, Superintendentens Ratisbonensis vigilansissimus, in der Schriftmässigen Prüfung des Goschensteinischen Gelang-Buches Cap. VII. p. 157. sqq.) & Dn. Autore der Unsch. Nachr. ann. 1702. p. 555. sqq. (qvorum totam recensionem Dn. Serpilius pariter inseruit Libro jamjam citato Cap. V. p. 129. sqq.) Licet itaque hic Democritus Christianus quoad Socinianas hypotheses amilce cum Christiano Democrito consiperet , ac sic velut mulus mylum scabat , minime tamen cum hoc idem est , quandoquidem ipse Christianus Democritus & negavit , se Scripti istius : Apostolischer Wegweiser / Autorem existere , & profellus est , se cum ipsius Sententia non in omnibus convenire vid. B. D. Joh. Fechii Lectiones in Syllogen Controversiarum ad disp. XXX, §. I. p. 356 sqq. & Serpilius l.c. Cap. IV. p. 147. sqq.

§. III. Sed mittimus Democritum Christianum , & ad Christianum Democritum proprius accedimus. Huncce vero Christianum Democritum, vero nomine audire Job. Conrad. Dippelium, vel lippis constat , ac tonsoribus. Magistrum olim in Academia Giessensi egit, mica metamorphosi ex Anti-Pietista, factus Pietista , ex Pietista , Fanaticus, Indifferentista, omnis veritatis revelatae impugnator, orthodoxe Lukanus, verbi scripti, Sacramentorumque Derisor, summa: Hominum nequissimus, quo nequiorum terra vix tulit. Ipse Dippelius vita luce currit.

culum

culum recessit in der Zugabe zum Wein und Gel in die  
 Wunden des gestüpten Pabstthums der Protestirenden /  
 Opp. p. 315. sqq., ex cuius singulis paginis ad nauem usque patet,  
 quanto superbis ac jactantie ostro infelix hicce Autor semper conci-  
 tatus, & quanto misera latam vitiorum semitam sectatus fuerit. Ejusdem  
 cum B. D. Job. Ernesto Gerhardo, Theologo Giessensi, controversiam  
 grata brevitate persequntur Dni. Autore der Unschuld. Nachr.  
 ann. 1704. p. 655. sqq. Præterea vero Alchymia operam dedit, ejusque  
 ope divitias corraderat allaboravit, qua de re ita scribit Summe Rev.  
 Dn. Carol. Godof Engelschallius, Concionator Aulicus Dresd. dexter-  
 rimus, in den fortgesetzten nichtigen Vorurtheilen der heutigen  
 Welt in Glaubens-Sachen! Cap. IX. p. 345. sq. Weil er doch  
 auch da es in der Theologie bisher so schlecht mit ihm fortgewolt/  
 sich auf etwas anders legen musste / erwehlete er nach Art der meis-  
 sten verdorbenen Betrüger die Goldmacherey. Er erhmet sich  
 auch einmahl in diesem betrügerischen Handwerk würdiglich glück-  
 lich gewesen zu seyn/ und warhaftig Geld gemacht zu haben/wel-  
 ches ob sichs in der That also verhalte ich billig dahin gestellet seyn  
 lasse. Zum wenigsten wolte seine Kunst hernachmahl den Stich  
 nicht länger halten / wie er selbst geschehet. Eine Zeitlang hat er sich  
 nachahends zu Berlin aufgehalten / weiss er aber wider gekröhn-  
 te Häupter unverantwortliche Händel unternommen / hat er auch  
 von da gleichwohl zu Strassburg aus dem Arrest entlaufen müssen.  
 Man hat sagen wollen / er sey endlich aus Deutschland nach Am-  
 sterdam gekommen. Licet itaque omnino per aliquod temporis spa-  
 rum in Belgio fuerit commoratus, postmodum tamen Germaniam re-  
 prætit, tandemque justas nequitia, protervia, ac sceleris immanissimis  
 penas dedit. Haud pridem enim Anno 1719. die 28 Aprilis, docen-  
 tibus publicis Novellis, ex mandato Serenissimi ac Potentissimi Regis  
 Danie, Altenavia prehensus, & in vincula conjectus est, crematis in  
 ipsius praesentia per Carnificem Scriptis famosissimis ac nequissimis.  
 Dehinc captivus Havniam deductus fuit, & hodie Bornholmie in eu-  
 kodia detineri dicitur. Ecce sic Autorem fecitus reperit! Variis au-  
 tem, hisque nefandis Scriptis, mundum implevit ac oneravit, que  
 cum antea successive evolassent, postmodum ab ipso Dippelio junctim,  
 uno volumine comprehensa, in publicam extrusa sunt lucem, sub hoc

tit. : *Prößneter Weg zum Frieden mit Gott und allen Creaturen durch die publication aller bis hieher editen Schriften Christiani Democriti*, Amstelodami anno, 1709. in 4to. Sane qui liberos hosce Centonem Diabolicorum errorum maxime detestandum vocaverit, ab amico veritatis tramite negraqvam recederet. Qvod enim de Dippelii Papismo Protestantium Capulante judicium ferunt Dnn. *Autores des Alten und Neuen Ann.* 1701. p. 64. sq., id ad singulos cerebri insanis foetus monstruos merito quadrat, qvapropter illud adscribere non pigrabor: Seine Intention ist / die Seelen der bisherigen Orthodoxorum zu confundiren / über die sämpliche Evangelische Religion / als ein Democritus, oder vielmehr Lucianus zu lachen und zu spotten/ daher auch die ganze Schreib-Art spöttisch / liederlich / und so ärgerlich ist/das ein Christliches Gemüth sich darüber entsetzen muß. Ordnung und Eintheilung darf man hie nicht suchen/ denn sie ist/ sāmt allem Guten/ aus diesem Buche verbannet. So viel zeigen fast alle Blätter / dass sein Hauptzweck sei / alle Orthodoxye und Wahrheit von Göttlichen Dingen umzuwerfen / u.s.w. Et quoniam sic detestandus Dippelius nil nisi venenatissimum virus propinare in deliciis habet, hinc a multis Dei & Evangelica veritatis amatoribus prompta parata est medela, qva laus debetur. Dn. D. Alberto Joach. de Krakevitz in der Erwegung der so genannten unfehlbaren Methode alle Secten zu vereinigen/ unter dem Titul: *Ein Hirt und Heerde durch Democritum publicaret* & in alio Tract. cui tit: *Deutlicher Vortrag der vornchmsten Glaubens - Lehren / wider Democriti Schild der Wahrheit* / Dn. D. Johanne Senfio im stockblinden Wegweiser an Christiani Democriti also benannten Wegweiser zum verlohrnen Licht und Recht / Dn. D. Franc. Alberto Epino in *Mateologia Fanatica*, Sam. Schröero in *Anti-Dippelio oder Vertheydigung der Symbolisch. Glaubens - Bücher* / B. D. Henr. Neuflis in der Prüfung des Geistes und der Lehre Democriti, über dessen Glaubens - Bekanntniß (Qvod Scriptum habetur in calce der alten und neuen Schwarm-Geister-Bruth) Dn. M. Crispino Weissio in des verslapten und ertapten Christ. Democriti Contersey / B. Dan. Severino Schulteto in der Wiederlegung der irrigen Meynungen Christ. Democriti wider die Seil. Wasser - Tauffe / Dn. Car. Godofredo Engel.

*Engelschällio in den fortgesetzten Vorurtheilen in Glaubens-Sachen / cap. IX. p. 340. sqq.* (qui præterim Confessionem fidei Dippe-lianam refellit) & aliis.

S. IV. Inter alia autem βδέλυγμα Dippelius crepat lumen aliquod internum, omnibus hominibus ingenitum, sed in regenitis suscitatum ac actu lucens, idque divinum (particulam quippe essentiae divinae) ac essentiale, (tertiam sc. hominis partem essentiale,) instruens nos, absque verbo externo, de rebus necessariis, adeo ut sine eo neque verbum externum intelligi, neque dogma aliquod theologicum cognosci possit, e contra vero solo illius ductu infallibiliter sciatur, quisnam sit sensus Scripturae S., quidnam sit verum dogma, quidnam sit credendum, quidnam agendum, & sic porro. Exerte monstruosus Autor erumpit in der Wiederlegung der reinen Orthodoxie cap. II. sub finem Papismi Protestantium vapulantis p. 222. ed. in 12. Opp. p. 138. Die Iesu Christus oder des Heil. Geistes Trieb und Eingeben ist bey den Aposteln und Propheten . . . nichts gezwungenes oder extraordinaires gewesen / sondern NB. das allgemeine Licht und Reich der Gnade / wiewohl im grössten Grad als wir jetzt haben mögen. Und jemehr ein Kind Gottes / und Zeuge Jesu Christi dem alten Wesen abgestorben / und in das göttliche Wesen gedrungen / desto geistreicher und unschöbarer ist Er auch gewesen in seiner Rede und Schrift nach dem Maas des NB. Lichts und der Gnade die ihm von Jesu gegeben und zugedacht worden. Et l. c. p. 235. ed. in 12. Oper. p. 143. Sollen sie (die Heyden) keine Entschuldigung haben / so müssen sie ja nothwendig so viel NB. Licht und Gnade von Gott empfangen haben / daß sie dadurch / wo sie geglaubet / und gefolget / hätten können seelig werden. Et hoc lumen internum ipsi alio nomine audit: Jesus internus, s. Jesus in nobis (a Jesu externo, seu Jesu pro nobis, essentia ter distinctus). Hinc l. c. p. 242. ed. in 12. Oper. p. 145. blaterare pergit: Alle die das Evangelium auch von außen hören / die haben NB. schon in sich das Wort der Gnade / NB. das Licht Jesum / de quo postea mira & mera somnia enarrat l. c. p. 247. sq. ed. in 12. Oper. p. 147. sq. Pariter idem illud lumen venit ipsi nomine Verbi interni. Ideo ib. pag. 250. ed. in 12. Oper. p. 148 querere non veretur: Ist denn nun der Canon und die äußerliche Predigt dasjenige Wort / so schon in unserer

C

Seele

Seele gepflanzt ist / ehe wir ihm Gehorsam leisten / oder nicht  
 vielmehr NB. Iesus Christus ( scil. Christus internus ) NB. das  
 Wort und Licht/welches alle Menschen erleuchtet die in diese Welt  
 kommen ? Ecce ! si Doppelum audis , lumen internum ( seu verbum in-  
 ternum , vel Iesus in nobis ) ante externam verbi prædicationem in  
 omnibus hominibus etiam Gentilibus existit ! Porro insanus hicce Fa-  
 naticus , lumen illud internum habet pro essentie divine particula , quæ  
 ex DEO emanavit , ac homini ab ipsa nativitate impressa est , inque eo  
 tertiam essentiam humana partem essentialiæ constituit . Satis id clare vi-  
 dere est exinde , quia Spiritum , ( quæ vox ipsi cum lumine interno , Christo  
 in nobis , verbo interno &c. æquipollit ) im Weyro. zum verlohrn.  
 Licht u. Recht P. I. C. IV. Oper. p. 726. expressi tanquam tertiam  
 partem essentialiæ enumerat , dicens , hæc tria : Corpus , animam & Spi-  
 ritum , Leib Seel und Geist / esse partes hominis naturales sive essen-  
 tiales , Theile des natürl. Menschen / uti Fanaticus garrit : Hunc  
 autem Spiritum is l.c. P. I. C. I. Oper. p. 650. vocare non veretur : Naturam  
 ex DEO , die Natur die aus Gott selbst ist . Ulterius lumen hocce in-  
 ternum absque verbo externo nos instruere , docet Empæctus noster , scri-  
 bens in Papismo l. c. p. 232. ed. in 12. Oper. pag. 142 : Es kan auch  
 wohl das innere selbständige Wort / Iesus / in der Seelen / ohne  
 äußerliche Predigt lehren und überzeugen . Sed per verbum exter-  
 num absque lumine hocce interno , nihil cognosci posse . Doppelius hisce  
 profitetur verbis l. c. p. 231. ed. in 12. Oper. p. 141 : Keiner kan aus/  
 oder durch das gepredigte oder geschriebene Wort NB. die lebendige  
 Warheit erkennen / wo nicht zuvor / oder zugleich in seiner See-  
 len das lebendige selbständige Wort Gottes / oder Iesus Chris-  
 tus kräftig ist / und sich ihm offenbahret &c. Tandem , per præ-  
 dictum lumen internum nos sufficientissime edoceri afferit l. c. p. 211.  
 Oper. 134. Wer nicht in der neuen Creatur / oder Wiedergebuhrte  
 schon steht / der hat noch keinen Canonem der Warheit , nach wel-  
 chem er sich könne ohne Irrthum richten . Der Geist der War-  
 heit / der allein in der Wieder-Gebuhrt empfangen wird und des-  
 sen Salbung muss uns die Warheit lehren / oder der Canon seyn .  
 ( Sic iterum nova Creatura , & Canon cum Spiritu ac lumine interno ,  
 ab homine perditissimo æquipollenter adhibentur , ) mox addit : Leh-  
 ret uns der Geist nicht inwendig / so wird uns das vorgeschrriebene  
 Wort

Wort nichts / als materia litis , eine Ursach zur Confusione und Schul-Gezäncke &c. Summa : Fanaticus hicce , cum sui similibus πεπτον Ψιδίος , seu palmarum Fanaticismi commentum , lumen sc. substantiale , verbo DEI Scripto contradistinctum , ac variis aliis appellationibus , e. gr. Canonis interni , unctionis , verbi interni , Spiritus , Scientia naturalis , Christi in nobis , creatura nova , aura divine , aliisque pluribus , insigni solitum , amplectitur , atque Helena in istar deamatæ exoscularatur . Vid. contra hocce figuramentum B. Joh. Fechtii Disp. de Canone interno , externo , & Scripturario opposito Sect. II. p. 23. sqq. Ejusd. disp. de Christo in nobis , Cap. III. Qu. 8. sqq. pag. 48. sqq. Dn. D. Val. Ernest. Leischeri disp. de Schwenckfeldianismo in Pietismo renato Cap. II. §. V. Die Unschuld. Nachr. ann. 1701. p. 409. sqq. Dn. D. Blumbergi Sincerum Evangelicum P. II. Cap. II. p. 409. sqq. B. Pfaffi Sylogen Questionum , Quest. 13. p. 24. sqq. B. D. Sontagii disp. de Homousio Ant-Niceno pag. 21. sqq. Dn. D. Joh. Sensii Stock's Blinden Wegweiser Sect. II. Cap. II. p. 310. sqq. B. Hollazii Scrutinium Veritatis , qv. ast. 3. pag. m. 13. sqq. B. M. Ferberi disp. de Tocologia Experimentali § X. p. 47. sqq. hab. sub Prefidio Dn. D. Wirsendorff. Dn. Praesidis mei Tractat. Erotematic. de Cognitione internorum hominis , ubi inter alia prolixe pariter , & solide de spiritu Fanat. agit .) Erot. III. §. VI. sqq. nec non Erot. IV. §. 7. p. 78. & §. 18. p. 101. &c.

§. V. Ut itaque monstruosus homo monstro suo , lumen invicibilium , aliquod quereret patrocinium , temere satis provocat ad Ps. LXXXV. 9. ratus , se non , quod puer in faba , reperiisse , quin prius lumen suum internum ibi clarissime extare . Efflatus nimium virtutem dicti protestantissimi Rom. X. 17. (ex quo efficacia verbi praedicati quoad ingenerationem videt ad oculum patet ,) de verbo praedicto ibi sermonem esse , iniciatur , & praeceps urget , non verbi praedicati , sed saltem τῆς ἀκοῆς , i. e. auditus , mentionem l. c. fieri . Quid autem paratissima ad ipsius subtilitatem prostat responsio , hæc scilicet , auditum involvere respectum ad verbum praedicatum , illudque presupponere , mox hanc ipsam assertiōnē , responsionis loco datam , falsitatis arguit , ac id propter instantiam ex allegato Psalmo petit , causatus , Davidem loqui non de verbo externo , sed de verbo interno , & eamen eundem effari , se verbum illud internum auditurum esse . Verba Nugatoris hæc sunt : Es spricht ein grosser Enthusiast in der Heil.

Schrift nach der alten Griechischen Übersetzung / zu welcher Zeit der Fanatizus nichts neues muß gewesen seyn. Ich will hören/ was der HErr in mir redet/ Ps. LXXXV. 9. En! Dippelius lumen suum internum ex Ps. LXXXV. 9. probass! Verum enim vero manifestissimam sacris literis violentiam infert homo insipidus. In antecessum notari meretur , turpi Davidem affici injuria, qvando iste a Democrito , magnus Enthusiasta , mox qvoque , paucis interjectis, Enthusiasta canonicus salutatur , nam Enthusiasta ac Fanaticus non is est, qui interna & immediata Spiritus S. revelatione , vel iaterno ejusdem alloquio fruitur , gaudetqve , sed is , qui post excessum Prophetarum divinorum , aut post clausum Scripturae Canonem , immediatam Spiritus S. illuminationem , imo lumen aliquod substantiale , a nativitate insitum , ac ex essentia divina promanans , crepat. vid. Dn. Presidis mei Tractat. Erotem. de Cognitione interiorum hominis , Erotem. III. §. VI. p. 37. Jam quidem ultro largimur citroqve , Davidem cum reliquis veris DEI Prophetis , immediata Spiritus S. revelatione donatum esse ; Sed neqve ipse Dippelius assertet , eundem , cum Sociis suis , post excessum Prophetarum divinorum , aut certe post clausum Canonem , de immediata illuminatione esse gloriatum , ad Calendas qvoque græcas probatum dabit , Davidem sibi lumen aliquod substantiale idqve naturale , tribuisse. Qui ergo Enthusiasta terribilis sanctum Davidem choro Enthusiastarum adscribere audet ? Qui eructare , Fanaticum Davidis tempore nihil novi fuisse ? Posito enim , in allegato Palmo LXXXV. 9. sanctum Psalmistam erumpere : Audiam , quid Dominus IN ME loquatur , an inde vel fidiculis id extorqvebis , eundem de lumine interno substanciali ac naturali , quale Democritus somnlat , sermonem facere ? In meridie itaque coecutiat , necesse est , qui summa inutiam , Davidi per impostum nomen Enthusiasta impactam , non animadvertis.

§. VI. At vero mittam hæc , & ad negotium palmarium me accingam. Dixi scilicet , haud multo ante §. V. manifestissimam violentiam facis literis inferri ab insipido Dippelio , dum Textum §. Ita citat : Ich will hören was der HErr in mir redet / ac ipsi Scriptori Canonico , nempe Davidi integrum istam tribuit assertiōnēm , subjugens: Es kan ein Gehör seyn/ wo keine äußerliche Predigt ist/wie wir aus den Worten Enthusiastæ Canoaci NB. des Königes Davids

¶ 11

Davids ersehen / welcher deutsch heraus wider die Orthodoxy zeus  
get und NB. spricht: Ich will hören was der Herr NB. in mir  
redet. Sed splendidum mendacium a Democrito hic committi, tam  
clarum est, quam quod clarissimum, eum ne ἔτι quidem in Textu  
Originali legatur de additamento spurio: In me. Et ne mero  
verborum strepitū videat imponere velle, enī ipsa Davidis  
verba, ab ipso per internam Spiritus S. suggestionem prolatā.  
**מִתְּהִלָּה וְעַתְּכִי תְּהִלָּה.** Andiam, quid dicer Deus Ieho-  
va. An hic interjectum perspicis, aut animadvertis vocem: **בָּן** In me?  
Minime gentium! Hinc quoque David, cum reliquis pīt, non ad in-  
ternum lumen intra se, sed potius ad externum sermonem DEI per  
suos Prophetas, immediate inspiratos, indicem intendit digitum, ac  
hocce solatio se fessum erigit, fore ut audiat, quid Deus ad ipsum, &  
populum, per suos Prophetas, locuturus, & quod bona nova de re-  
diture alma pace nunciatur sit. Bene B. Martinus Geterus in Com-  
ment. in Psalmos ad h. l. col. m. 1467, Preceptioni, ait, jam subi-  
tūr spes in animo precantium concepta, ita ut, postquam allocuti sunt  
Deum per preces, nunc eriam silentium quasi fibimeti pīs indicentes, vi-  
eissim tranquille auscultent, expactenque, quid responsi loco sibi locu-  
turus sit Dominus, NB. videlicet per ora Prophetarum &c. Optime  
quoque B. Theodorus Thummius in impietate Wigelianap. m. 34. Non  
dicit Propheta, inquit, se in angulo fessurum, & prestolaturum arcanas  
DEI revelationes, sed hoc a DEO, voto pio, petit, ut afflita Ecclesia  
pacem & tranquillitatem concedere, Prophetas mittere, & per eos mi-  
serum populum consolari velit. Sane qui haec æqua judicij libra pon-  
deraverit, non potest non Democrito dicam abusus Scripturæ scribere,  
ac vel manibus palpare, eundem, invito Textu S., lumini suo interno,  
inani cerebelli corrupti figmento, facem præferre, ac fundamentum  
substernere. Interim jamdiu ante Democritum idem cornu inflarunt  
Fanatici antiqviores, Schwenckfeldius, notatus a B. Gerhardo, Loco de  
Minist. Ecclesiast. §. 263. LL. CC. Tom. VI. p. m. 299, Val. Weigelius,  
reprehensus a B. Theod. Thummio l. c. p. m. 34. sqq. & Hackspanio in  
Notis Philologico-Theol. in h. l. Part. II. pag. m. 274, aliique plures.  
Quia enim hi quoque internos istiusmodi raptus statuere gavisi sunt,  
pariter ex vitiosa Psalm. LXXXV. 9. allegatione fucum aliquem suo  
afferto conciliare studuerunt,

S. VII. Neque aliquid emolumenti ad Dippelium redundant  
 iude, quod in versione græca LXX, Interpretum extet, ἀνέσημη τὸ  
 λαλήσει ἐπεὶ Κύριος, i.e. Audiam, quid loquatur IN ME Do-  
 minus. Nam 1) ipse Fanaticus alibi ad Textum originalem se recipit,  
 si vel minimam elabendi rimam sibi ex eo promittere potest. Sic e.g.  
 in paullo antecedentibus Oper. p. 149, ad locum, ex Es. LIII, 1. con-  
 tra ipsum allatum a B. Lutherò versum: Wer glaubt unsrem Predi-  
 gen, regerit, illum aliter in Hebræo, & quidem ita se habere: Wer  
 glaubet dem/was wir gehört haben. Quare itaque hic ex fonti-  
 bus bibere, & dictum Davidicum, iuxta Texutus Originalis ductum, alle-  
 gare noluit? Sed non patricinabatur ipsi Hebreus Texutus, hinc ejus  
 quoque nullam rationem habuit. 2) De versione τῶν ἑρμηνειῶν, e-  
 ejusque valore, Eruditorum digni non existunt æquales. Sunt sane,  
 qui cum doctissimo Jac. Ussorio in Lib. de LXX, Interpretum editione,  
 insicias eunt, antiquam versionem septuaginta viralem adhuc hodie  
 superesse. Sunt alii, qui nunquam гречануа quādām interpretationem,  
 exquisito LXX. Seniorum studio, compositam esse, dimicant, rati,  
 olim vel temporibus Ptolemai Philadelphi, vel paulo serius, superfi-  
 cialia saltē variorum Judæorum opera, translationem græcam pro-  
 disse, & eam adhuc hodie, valde tamen interpolatam ac immuta-  
 tam, prostat. Ita Hodius de Bibliorum Texutibus originalibus &  
 versionibus, Ant. van Dale in differe. Super Ariosto, Col. Dni D. Joh.  
 Alb. Fabricius in Bibliotheca Græca Lib. III. p. 320 sqq & plures. Taceo  
 peculiarem sententiam Osirovi, in Bibliotheca Bremensis Claff. 3. Faf. 3.  
 p. 205. sqq. Facile ex hisce, qui obesa non est naris, subodorari pot-  
 est, variis argumentorum ponderibus contra versionis græcæ, quæ  
 vulgo LXXyitalis audit, pretium depugnari, sicque illius autoril-  
 tate stari haudquam posse. 3) Posto vero, & olim sub auspiciis  
 Ptolemai, Ægyptiorum Regis, LXX, Senum sudore, translationem  
 Græcam concinnatam esse, & eandem hodie superesse. Qvis illam  
 plane in omnibus intemerata ac probam manisse credet? Et posto  
 etiam hoc; Qvis tamen eam menti Spiritus & undiqueque conformem  
 esse, sibi persuadebit? Profecto hic additamentum quoddam inutile  
 irrepsisse, collatio hujus versionis cum Textu Hebræo, lucidissime  
 monstrat. Quapropter 4) Versioni antiquæ Græcae versionem vetu-  
 stam Chaldaicam opponimus, quæ examuslim hic cum Hebræa veri-  
 tate

veritate concinat, & ita se habet: מִתְלָא אֱלֹהָה יְהוָה שְׁמָךְ.  
 i.e. Audiam, quid locutus sit DEUS Iehova. Hinc 5) malesani  
 ingenii specimen edidit Dippelius, expressionem grecam pro ipsius  
 Davidis verbis temere venditans, & Autori huic sancto imputans, ac si  
 scripsisset: Audiam quid loquatur IN ME DEUS Dominus, quod  
 tamen apertam redolat falsitatem. 6) Summa: Interpres Grecus, vel  
 ex ignorantia, vel ex inadvertentia, particulam causalem וְ, nam,  
 accepit pro וְ in me, confundens וְ cum וְ, & praterea vocem, ad  
 subsequentia spectantem, trahens ad antecedentia. Interpres vero  
 Grecus decepit Interpretem latinum, quippe quod ejus vestigia secutus,  
 pariter reddidit: Audiam quid loquatur IN ME Dominus DEUS.  
 Quia vero haec interpretatio, Textum quamlibet originalem non satis  
 probe exprimens, Fanaticis ad palatum est, hinc illam, relictio origi-  
 nali Textu, ambabus amplexi sunt ulnis, non perpendentes, & hanc  
 ipsam phrasim: Loqui in aliquo, per Hebraismum usitatum idem signi-  
 ficare, ac: exteriori cum aliquo colloqui, ut patet ex Zach. I. 9.  
 vid. Hackspani Notas Philol. adh. l. P. II. p. 274.

S. II X. Tandem, quod obiter tantum notare lubet, Demo-  
 eritus nihil ad statuminandum lumen suum internum, juvatur dictio  
 Jac. I. 21. Nam Jacobo ibi sermo fit de verbo, non per naturam im-  
 plantato, ac ad hominis essentiam pertinente, sed de verbo per extrin-  
 secam prædicationem cordi insito, quia illud, extrinsecus sc. propo-  
 situm, recipere jubemur cum mansuetudine, vid. B. Glassi Philol. S.  
 p. 1252. & Dn. D. Wernsdorffii disq. de verbo DEI scripto, sue Scri-  
 ptura Sacra. S. X. p. 7. sq.

S. IX. Agmen claudant Observationes practicae: I.) Verbo DEI  
 nihil alieni, ac menti Spiritus S. repugnantis, addi debet, nihil detra-  
 bi. Expresso enim DEUS Deut. IV. 2. Non adderis, inquit, ad ver-  
 bum, quod ego præcipio vobis, neque diminueris de eo. Adde Deut. XIII.  
 1. Imo quemlibet merito terrere debet fulmen illud severæ commina-  
 tionis divinae: Apoc. XXII. 18, 19. : Si quis addiderit ad hec, addet  
 DEUS super eum plagas, scriptas in libro hoc, & si quis abstulerit de ver-  
 bis libri Propheticæ hujus, auferret DEUS partem ejus de libro vite &c.  
 Bene Calovius Bibl. Illustr. Nov. Test. Tom. II pag. 1924. : Perfecta est  
 Scriptura S., idcirco nec ἡ θεος nec ἡ φαίετον admittit. Scriptum  
 esse doceat, inquit Tertullianus adv. Hermog., Hermogenis officina. Si

non est scriptum, timeat ve illud adjacentibus, aut detrahentibus defensum. Nihil verbo suo addi permittit DEus, si addatur anathema dicitur Deut. IV. 2. XII. 32. Gal. I. 8. 9. ; Nihil demit, quia fides instar caerulea est, qua una soluta ansula corruit. Qui minimum iusta in lege solverit, minimus id est, nullus, vocabitur. t. e. erit in regno celorum Matth. V. 19. II.) Loquitur adhuc ad nos DEus (α) per Prophetas suos scribentes, seu in Scriptis Prophetarum. Ergo aures ipsi loquenti prabeamus vacivas, ac monitis mandatisque ejusdem obedientiam praestemus exactam. Egregie Salvator, in secula benedictus, Luc. XVI. 29. Habent, alt., Mosen & Prophetas, audiunto illos. Ecce! Mosen & Prophetae introducuntur loquentes ad nos, non oretenus, sed in Scriptis suis, quandoquidem, belle observante B. Glafio l.c. p. 1050, hic nomine Mosis & Prophetarum, per metonymiam causam pro effectu, intelligendi veniunt Libri a Mose & Prophetis exarati, & pro fideli & salutis regula atque canone posteritati traditi. Loqvuntur autem velut ad nos, quia ex Scriptis eorum DEI voluntatem tam clare cognoscimus, ac si ipsi illi viva voce eandem proponerent, manifestaque redderent. Quid igitur nostri est officii? Ut loquentes Prophetas, imo ipsum DEum loquentem, debite audiamus, Scripta sacra diligenter legendu, lecta attente perpendendo, imo in succum & sanguinem vertendo, in sanguinem versa, in usum transferendo, & ad eorum prescriptum nos totos componendo. Quoties enim Scripta Prophetarum rite legimus, perpendimus, & in usum transferimus, toties Prophetas ipsos veluti loquentes audiimus, hisque obedimus, & quoties Prophetas audiimus, hisque obedimus, toties ipsum DEum audiimus, & ipsi obedimus. (β) Loquitur adhuc ad nos DEus per Ministros suos predicantes. Ergo DEO gratias agamus, quod tam benignus nobiscum agat, ac per alios homines nos ad salutem perducere alfaboret. Cum olim ipse DEus immediate legem de monte Sinai publicaret, hem! quanto non horrore corripiebantur Israelitarum animi, quam non optabant per Mosen instrui? Ita enim uno velut ore Mosen compellabant: *Loquere tu nobiscum, nam audiemus, non autem loquatur nobiscum DEus, ne ferre moriamur Exod. XX. 16.* Annon itaque benignitatis divinae documentum est, quod adhuc hodie per Ministros suos, homines nobis similes, nos doceat, hortetur, redarguat,

soletur,

soletur, & sic porro. Et quia hoc firmo stat talo, DEO immortales capropter gratias sgerere tenemur maximas. Adhac obligati quoque sumus, ipsis Ministris DEI, ex verbo DEI nos admonentibus, promissum gerere morem, Ebr. XIII. 17. Nec est, quod ambigas, Denique per Ministros suos ad nos loqui, nam id Solis quasi radis scriptum legitur Luc. X. 16.: Qui vos (Ministros DEI,) audit, me audit, 2. Cor. V. 19.: Pro Christo legatione fungimur (nos Ministri DEI), ita ut Deus adhortetur NB. per nos. Cum olim D. Georg. Mylius, Theologus Wittebergenensis, post acceptum sacrum epulum, quereretur: An etiam firmiter crederet, abolitionem Ministri Ecclesiae absolutionem DEI esse, is mox intrepide, Quidni crederem, regessit, verba namq; DEI clarissima radiant luce: Qui vos audit, me audit. Vid. Bergmanni tremenda mortis horam P. II. Cap. X. p. 94. (γ) Loquitur adhuc ad nos Deus in operibus suis mirandis. Ergo per illam loqueland exigitari nos patiamur ex somno ignavie, ac securitatis. Cœli nempe enarrant gloriam DEI, Psalm. XIX. 2, ipsa mirabilis sua structura quasi nos de DEI sapientia, potentia &c. instruentes. Confer B. Scriveneri Gottholdi oder zufällige Andachten in praf. Quis itaq; animum non adhiberet praesentem ac attentum? Deus saepius alios iusta afficit poena, & sic nos quasi ita alloquuntur, ex Luc. XIII. 3: Nisi penitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Ergo expurgicamus. Summa: Experciscere qui dormis, & surge ex mortuis, ut ille luceat tibi Christus Ephes. V. 14.

## DICTUM III.

Ef. IX, 5. 6.

TEXTUS HEBRAEUS:

כִּי יְלֹד רָאשׁוֹ בְּנֵי כָּהֵן לְנוֹ וְגוֹ'

LXX. Interpretes.

Οὐ παιδίον ἐξεντάθη ἡμῖν, ἀλλὰ γένος ἐδόθη ἡμῖν. κ. τ. Λ.

Seb. Schmidius:

Puer enim natus est nobis, Filius datus est nobis, &c.

Lutherus:

Denn Uns ist ein Kind gebohren/ein Sohn ist uns gegeben, u.s.w.

B

S. I.

Lariss. Dn. Renatus Andreas Kortum in Libello, cui tit.  
 Die Weissagungen Jesajah aus dem Hebräischen  
 Grund-Zext aufs neue getreulich ins Deutsche über-  
 setzt / nebst einer Paraphras, p. 55. integrum prophe-  
 tiam, Es. IX. 5. 6., literaliter non nisi de Hiskia, Rege  
 Iudeorum, interpretaur. Postquam enim versum 5. In lingam  
 Germanicam sequenti translatisset modo : Denn ein Kind ist uns  
 gebohren / ein Sohn ist uns gegeben worden / ob dessen Schultern  
 die Ober Herrschaft liegen wird / und man wird Ihn nennen den  
 Unvergleichlichen / den Rächtgeber / den unüberwindlichen Heil-  
 immer Vater / Fürst des Friedens / mox melioris perspicuitatis  
 gratia , hanc subiungit paraphrasa , seu expositionem brevem : Als-  
 denn wird die Herrschaft Davids bestätigt werden. Das Kind  
 ist schon gebohren / welches zu der Zeit das Zepter über Juda  
 tragen soll / und unter dem ihr wegen des göttlichen Bestandes  
 sicher und getrost leben sollt : Denn er wird glücklich regieren bis  
 an seinen Tod / so daß ihr selbst Ihn nennen werdet einen Aufer-  
 lesenen / klugen / tarfforen / stets liebreichen / und friedfertigen Für-  
 sten ; welchermassen Er zugleich seyn wird ein Vorbild des aus  
 seinem Geschlechte künftig kommenden Miesiah / als an welchem  
 dieses in vollkommenem Maaf zu einem noch höhern Heyl erkannt  
 werden soll . Ut vero & hæc compendiola explicatio eo rectius in-  
 telligatur , ad voces in paraphras expressas : Das Kind ist schon ge-  
 bohren / sequentia notare gestit : Er siehet auf den NB Hiskijah /  
 der damahls noch in seiner ersten Jugend stund / und gute Hoffnung  
 von sich gab / daß er einst wohl und glücklich regieren würde / welches  
 der Prophet allhier dem Volk / so da meinte / es wäre nun mit ih-  
 rem Konigreiche aus / nach göttl Offenbahrung gewiß machte .  
 Sic itaque Dn. Kortumius exsilitat , Regem Judicum , Hiskiam , ac  
 regimini Hiskiani felicitatem , describi & delineari . At vero aper-  
 tam mendam exegeticam committit , & omnibus veris rerum astima-  
 toribus non potest non tussim movere ac gravedinem ; ut ex mox di-  
 cendis patescet .

S. II. Memoratus autem DN. Kortumius , antea Ascherlebia ,  
 postmo-

postmodum Hatwegis, in Comitatu Marchia, Pastor, variorum Librorum Biblicorum, utpote Jobi, Esiae, & Psalmorum, novam translationem germanicam adornare studuit, qvarum ILLA prodiit an. 1708. sub hoc tit: Das Buch Hiob aus dem Hebräischen Grundtext aufs neue ins teutsche übersezt / nebst einer Paraphras; ISTA publicata est, an. 1709. sub tit. jam ante citato; HÆC vero lucem asperxit, an. 1716. sub rubro: Die Psalmen und Lieder Davids aus dem Hebräischen Grundtext aufs neue ins teutsche überseget. Sed cum novis translationibus singularia insimul interpretationum genera, omni saepe fundamento destituta, propinavit, atque hinc, vice plus simplici, Viris cordatis vapulavit. In specie quoad versionem Jobaeam consuli possunt DNN. Autores der Unsch. Nachr. an. 1708. p. 636 sqq. & Dn. Serpilius in den Lebens-Beschreib. der Biblis. Sribenten, Part. VII., ejusque Sect. II., sistente Commentatores in Jobum, p. m. 256. sqq., imprimis p. 262. sqq., sicuti ex professo in illam animadverte gavilus est doctissimus Dr. M. Thomas Haverrus, Pastor Unnenis vigilautissimus, in Tract. cui tit: Der Kortumische Hiob gegen D. Martin Luthern vorgenommen/ und abgehöret zu Uana in Westphalen. Nec minus de labore Kortumii in Esaiam candide suam leutentiam expromunt DNN. Autores der Unsch. Nachr. ann. 1709. p. 154, quod hujus est tenoris: Das meisie ist aus Grotio genommen / also daß man wenig neues / sondern meisstens eine application der unrichtigen Principlorum Exegeticorum, Grotianorum hier findet. Eodem tendit judicium Dn. Serpili in Jesala, zur Contnuation der Biblischen Sribenten, p. m. 431. sqq.: Wann einige Rabbinen und Grotius nicht glossiret / und uns von Christo abgeführt hätten / würden Herrn Kortum sehr wenige Remarqven übrig bleiben / ja in gewisser Maasse müsste er unsern Heyland weit mehr als Grotius, aus dem Propheten Jesaias aus. Id quoq; notandum est M. Michaelm Beckium aliquot dissertationibus refutationem operis Kortumiani in Jesaiam instituere animum induisse, sed morte præventum, non potuisse telam jam inceptam continuare, ac absolvere.

§. III. Saep memoratus itaque Dn. Kortumius in sua in Esaiam Versione & Paraphras, id velut negotium sibi datum putavit, ut cum Grotie vaticinia tantum non omnia, qæ communi Christianorum

orum conspiratione de Christo accipi solent , aliorum trahat , ut sole  
clarus cernere est ex inspectione Paraphraseos in Esiae Cap. VII. 14.  
p. 42. sq. in Cap. XXXV. p. 202. sqq. in Cap. XLII. 1. sqq. pag. 254.  
in Cap. XLIX. 1. sqq. p. 302. sqq. in Cap. LXI. 1. sqq. pag. 369. sqq.  
in Cap. LXIII. 1. sqq. p. 376. &c. &c., quippe in quibus , ac multis a-  
liis locis , Christum neque querit , neque inventire vult , sed illa ipsa  
de rebus terrenis ac temporalibus explicat , & ad sumnum interdum  
non nisi typicam quandam subobscuramque Christi , regni Christi spir-  
itualis , & beneficiorum , a Christo exhibitorum , adumbrationem ,  
vel representationem in hisdem latitare largitur ; Conf. Autores Drc  
Unsch. Magistr. 1. c. p. 153. sq. Miserum ideo non est , paria fata manere  
Cap. IX. Esiae , adeo ut illud quoque non de Christo , Rege spirituali ,  
ejusque Regno gratiose , sed saltem de Hiskia , ejusque regimine ter-  
restri , exponatur .

S. IV. Viam praeiverunt caeci Rabbini , R. Salomo ad b. l.  
R. David Kimchi ad b. l. , R. Abarbenel ad b. l. , R. Lipman in Sichron  
Sepher Nizzachon , apud Wagenseilium in Telis ignis Satanae , p. 115.  
& aliis . Qvia enim hi , pro summa , quae in his regnavit , malitia , agno-  
scere noluerunt , Iesum Nazarenum esse verum & promissum Mundi  
Messiam , singula vaticinia , de Salvatore nostro agentia , pervertere,  
ac impuro falsa interpretationis luto conspurcare omnem moverunt  
lapidem . Et qvia hoc facere in delictis habuerunt , noluerunt etiam  
illustre yaticinium Es. IX. 5. 6 , intemeratum lingvere , sed illud de  
Hiskia potius , Rege terreno , quam de Messia , seu promisso mundi  
Servatore , Rege spirituali , interpretari . Auscultemus instar omnium  
facundissimum R. Abarbenelem in Perush ad b. t. fol. 23. col. 2.  
וְאָמַרְתָּ אֶחָד כִּי יָלֵד יוֹלֵד לְנוּ נָאָסֵר עַל  
חוּקֵיכָה וְכָאָלוּ אֲכֵר הַנֵּה הַתְשׁוּעָה הַגּוֹלָה וְזֹאת סְמִפְרוֹת שֶׁ  
סְנָחָרִיב לֹא הָחִים בְּזָכוֹת אֶחָד הַטּוֹלֵךְ שְׂתָה כִּי אִם בְּזָכוֹת  
חוּקֵיכָה שִׁימְלָךְ אֶחָדיו וְעַל זה אֲסֵר כִּי יָלֵד יוֹלֵד לְנוּ רֹצֶחֶת  
לְאָמַר כִּי הַיּוֹלֵד שָׁכַב נָוֵל הוּא חוּקֵיכָה שְׁהִיא הַכּוֹר  
לְאַבִּיךְ לֹא נָוֵל בְּצִדְקוֹהוּ שֶׁ אֶחָד וְלֹא לְחוּלָתוֹ אֶבֶל נָוֵל  
לְנוּ לְחוּלָתָנוּ דְבַן רֹשֵׁי נָתַנוּ לְעַמִּינוּ בְּנֵי יְהוָה וְתַדְיִוְתְּהַמְּשֹׁרֶת  
עַל

על שכמו כלומר שלא יטה שכמו לסבול על מלך אשׁוֹר  
כמו שעשה אחנן אכיב שהיה משועבד אליו ושלוח אליו  
מנחח וחוקיו לא ויהית כן אבל היה על שכמו המשורה  
שהוא המלכות בלו השהעבדו ואפשר גַּם במשורה התורה  
וחתערת כטו שתרגמו יונתן שיחות רבק באלקין ובתורתו  
ולא יהוה עליו שורה האלילים וverbis ובירא עוז  
השמות שיראו לו כמו פועלתו פלא עט מפני הנס  
וraphel שנעשה עמו באריכות ימִינָה וכוכב  
l. e. Quando aum-  
sem possea dicit (Propheta): Nam puer natus est nobis, Ieromo fit de  
Hiskia, quasi dicat: Ecce salus magna illa, ob ruinam Sanherib, non  
obvenie propter meritum Achasi, qui nunc regnat, sed propter meri-  
tum Hiskiae, qui regnaturus est post ipsum. Et de hoc dicit: Nam  
puer natus est nobis, innuit enim puerum, qui jamdum natus erat,  
nempe Hiskiam. Hic autem erat primogenitus Patris sui, non natus  
propter iustitiam Achasi, neque in utilitatem ejus. Hunc filium dedit  
Deus benedictus populo suo, Filiis Iudea. (Qvando autem pergit Pro-  
pheta): Et erit Principatus super humerum ejus, indigitat, quod is  
non inclinaturus sit humerum suum, ad portandum jugum Regis Assur,  
scienti ficerat Ahas, Pater ejus, qui ipse servierat, & ad eum transmis-  
serat manus. At Hiskias non futurus est talis, quoniam erit super hu-  
mero ipsius principatus, h. e. regnum absque servitute. Interim potest  
etiam id accipi de principatu legis & testimonii, quemadmodum quo-  
que translatis Jonathan, nam adhesuris erat Deo suo & legi ejus, &  
non futurus erat super ipsum principatus idolorum, ac cultus eorumdem.  
Adhuc interpretatur adhuc nomina, quod appellatur finit ipsum secun-  
dum opera ejus, nimis enim פְּלֵיא (mitabilem) propter partentum ac mi-  
raculum, quod contigit ipsi per prolongationem dierum &c. Plane  
הַמְּפֻזֶּר est R. Lipmaanus loco ante dicto, haec eructans:

שָׁקָר אָמָרָב וְרַכְרַתָּה

עַל חֲזִיקְיָה חֲנֹכָה נְאָפָרָה

פְּלֵיא יוֹעֵץ אֶל גְּבוּד זְנוּדָה

I. e. Interpretate Wagenseilio: Jam circa locum Esa. IX, 6, mendacium

magnum, scelusque corammittunt Christiani, dum illum de Servatore suo interpretantur. Sed frustra sunt, nam de Rego Hiskia enunciauit verba is, qui vere est & dicitur admirandus, Consilarius, Deus fortis, & tremendus. Idem legitur in Sepher Nizzachon Jaschan Nochban pag. 86. Enim vero Rabbinorum tela ignita felici successu retuderunt B. Dn. Job. Saubertus in Palestra Theologico-Philologica, disp. VII. p. 160. sqq. B. Job. Christoph. Wagenseilius in telis igneis Satana, & ibidem in Refutatione Carminis Lipmanniani p. 515. sqq., Dn. Caspar Calvörus in Gloria Christi Lib. I. Cap. I quest. 85. p. 125. sqq. &c.

S. V. Rabbinos praeuntes alacriter, sed satis infeliciter, fecutus est Vit magni, sed portentosi ingenii, Hugo Grotius in b. l., ad verba Textus: *Et filius datus est nobis, ita commentatus: Dabitur Ezechias, Patri Achazo muleum dissimilis.* De eodem infra XI. Sic tamen, ut multo excellentius hec ad Messiam pertinere non Christiani tantum agnoscant, sed & Chaldaei b. l. At vero rite ac severe Judaeas Grotii opiniones, sicuti alibi, ita etiam hic castigat incomparabilis Abr. Calovius in Bibliis illustr. Ver. Test. Tom. II. pag. m. 62. sqq. Eqvalem Grotii sententia tam atro carbone non videtur digna, quoniam Christum non omnino ex vaticinio praesenti excludit, ac relegat. At recte ulcus Grotianum tangitur, & exprimitur a B. Calovio l. c., sequentem in modum: *Pessime iterum judaizat Grotius, dum secundum literalem sensum vaticiniam de Ezechia intelligit. Quanquam vero addat, excellentiori modo haec ad Messiam pertinere, & Christianos & Chaldaeum agnoscerre, non tamen, an eam explicationem ipse calculo suo probet, significavit.* Neque si sensu mystico de Christo intellectum velit, quod secundum literam de Ezechia dictum credidit, vel Christianorum ullorum, vel Chaldaei Interpretis, suffragium habet, qui certe non de Ezechia simul, sed UNICE de Christo interpretantur. Iudeis autem cœcis gratiam prestat operam, a quorum Rabbini hic etiam seductus, sensus nativi objectum Ezechiam facit. Nam si hoc obtineant illi, facile concedere poterunt, suo modo mystice ea ad Messiam transferri posse, &c.

S. VI. Hisce vestigiis Rabbinorum, atque judaizantis Grotii, insistit Kortumius, quandoquidem, si eundem audis, in ipsis verbis Propheticis, ex intentione Spiritus S. non nisi de Hiskia agitur. Pudore autem merito debebat Autorem huncce insignis suæ audaciae, qua magis

magis , quam insipientes Judæorum Sapientes, in viscera Textus sœvit,  
æ singula nomina ad *Hiskiam* , Regem , cum profano suo *Grotio* ,  
applicare non veretur , cum tamen *Rabbinorum* doctissimi id facere  
non audeant. Nonnullos quidem *Rabbinorum* pariter cuncta epitheta  
ad *Hiskiam* trahere , non inficias imus. Sic y. gr. *Aben Esra in Com-*  
*ment. ad h. l fatur :* **כָּל אֱלֹה שְׁמוֹת חִילֵר פְּלָא שְׁחוֹם עַשְׂתָּה** i. e. *Omnia nomina competit pueru*, *qui appellatur*  
*פְּלָא בִּיכְיוֹן* (mirabilis) *propterea*, *quod fecit Deus miraculum in diebus suis*;  
*Interim tamen maxima eorum pars aliam viam inire studet, unicum tan-*  
*tum, idq; ultimum cognomen, nempe Princeps Pacis, Hiskia tribuendo,*  
*reliquas autem appellationes DEO summo vendicando.* Ita *R. Salomo*,  
*R. David Kimchi*, *R. Ben Melech*, *R. Abarbenel*, & plures. Cum  
vero singulorum verba allegare, supervacaneum sit, duos ultimos sal-  
tem producam in scenam, sc. *R. Ben Melech*, & *R. Abarbenelem*, quo-  
rum Prior in *Michlal Jophi* fol. m 89. col. 2 in hæc erumpit verba :

**פְּלָא תָּאֵר וּבְמַכְלֵל הַפָּא בְּצִיר וְכָל שָׁאֵר פְּלָא בְּסֶגֶל**  
**וּבְפִירּוֹשׁ וּקְרָא שְׁמוֹ חֲקָרוֹשׁ כְּרוֹךְ הוּא שְׁהֹוא פְּלָא וּוּעַזְבָּן**  
**וְאֶל נְכוֹר וְאֶבְיָעֵד קְרָא שְׁמֵת חִילֵר הוּה שְׁרַלְמָן וּמָ**  
**כְּנוּיָס לְאֶל וְתְבָרֵךְ וְאֶל גְּבָר פִּירּוֹשׁ וּכְלָל וּגְבָר וּבְפִירּוֹשׁ**

i. e. *Vox acbi utr. shahoa kiyas leulot* וְהֹוא אֶבְיָעֵד הַזָּן  
*est adjectivum, in Michlol autem (scribit R. David Kimchi)* quod vox hic habeat *Tzere*, sed quoties illa alias occurrit, notetur  
cum Segol. At in *Commentario* (idem Kimchi) *verba, יְקָרָא שְׁמוֹ* (& vocabit nomen ejus) ita exponit : *Dens benedictus, qui est mira-*  
*bilis & Consiliarius, & Deus fortis, & Pater eternitatis, vocabit no-*  
*men pueri hujus: Princeps pacis, illa autem sunt cognomina Dei bene-*  
*dicti. Voces autem אל gbor explicari debent per: potens & fortis.* Sed interpretatio vocum *huc redit, quod ipse sit stabilis in ater-*  
*nnum, sique Pater temporis.* Succedit *R. Abarbenel* sic perorans in  
*Comment. in h. l. fol. m. 23. col. 1.* **אֶמְנָס כְּפִי רָתָה יוֹנָחָן וּרְשָׁי**.  
וְשָׁאֵר הַמִּפְרָשִׁים כָּל אֱלֹה שְׁמוֹת לְהַקְרִישׁ בְּרוּךְ  
הֹוא מֶלֶךְ שְׁרַלְמָן שְׁהֹוא הַיְתָר חַסִידָה לְחַקְוֹתוֹ  
הַדָּת

יהו שיעור אמתה בן וקרא שמו האל הגרול פודוא ברא  
יעץ אבי ערד הנה הוא וברך יקרא שמו של חוקו  
שר שלום כי טלית ואמת היה ביסו וכ  
juxta sententiam Jonathani, & Raschi, ac ceterorum Interpretum,  
omnia illa sunt nomina appellativa Dei benedicti, prater PRINCEPS  
PACIS, quod est nomen Hiskie appropriatum. Sensus Scriptura sic  
prater propter est : Et vocabit nomen ejus Deus magnus, qui est admirabi-  
lis, Consiliarius, Pater eternitatis, ecce his Deus benedictus vocabit nomen  
ejus sc. Hiskie : PRINCEPS PACIS, nam pax & fidelitas debebant  
esse temporibus ipsius. Sic Rabbini vlm singulorum nominum bene  
perpendentes, nullum ex his, praeter unicum : Princeps Pacis ad His-  
kiam trahere voluerunt. Sed Kortumius, cum deamato suo Grotio,  
singula de Hiskia interpretari non erubescit. Annon autem erube-  
scere opus habet, si ipso Judaeos antiquissimos, atque inter illos Joe-  
nathanem, Paraphraeten Chaldaum, Virum magni apud Judaeos nomi-  
nis, nonnisi de Messia, sive Christo, vaticinium Eliae accepisse,  
contemplatus fuerit ? Sane ipsi Judaeorum saniores hunc nostrum,  
qui Christiani nomen gerit, in ruborem dant ; Audiamus itaque  
Targum Jonathanis, ita sonans : אמר נביא לבות רוד ארוי רבי

אתוליך לנו בר אהיך לנו וקבל אוריה עליה לסתורה  
ואהקרו שמה בן קדם מפליא עזה אלה גברא קים עלמא  
משיחא דשלמא i.e. Dicit Propheta  
Domui David : Qoniam parvulus natus est nobis, Filius datus est  
nobis, & suscepit legem super se, ut servaret eam, & vocabitur nomen  
ejus a mirificante consilium, DEO, Vir permanens in eternum, CHRI-  
STUS, cuius Pax multiplicabitur super nos in diebus ejus.

§. VII. Verum enim vero id praesertim Domino Kortumio vi-  
tio vertendum est, quod palpabili violentia Textum sacrum afficiat,  
ac, invito plane Spiritu S., nobis Hiskiam obtrudat. Ut ergo  
hocce invictis demonstretur fundamentis, sequentia probe ponderanda  
erunt. I.) Ipse Spiritus S. Matth. IV. 13, 14, 15, 16, satis dilucide  
ostendit, Elaiam, Cap. IIIX. 23. (juxta fontes), & Cap. IX. 1. sqq. de  
promissio mundi Messia, sive nostro Jesu Nazareno, vaticinari. Ita  
enim exerta sonant verba : Et relinquent (Jesu) Nazarethum, ve-  
niens

niens, habitavit in Capernaum maritimam, in finibus Zabulonis, & Naphtalim. Ut NB. impletetur, quod dictum per Esaiam Prophetam, dicentem: Terra Zabulonis, & terra Naphtalim, (ad) viam maris, trans Jordaneum, Galilee Gentium, populus sedens in tenebris videt lumen magnum, & sedentibus in regione & umbra mortis, lux exorta illis est. Ecce! dum Jesus noster dulcissimus illam Galilæe partem, in qua regio Sebulonis, ac Naphtali sita erat, sua exoptata præsencia, ac insimul splendida Evangelii luce collustravit, impletum est vaticinum Esiae, de luce, hisce obtenebratis populis oriente. Qvis ergo non animadvertisit, a Prophetâ postmodum v. 2. intimum Novi Testamenti gaudium, ex salutari Christi præsentia ortum, vivis delineari coloribus? Qvis non manus quasi palpat, ab eodem Prophetâ quoque v. 5. 6. hunc ipsum Christum, de quo adeo latabantur, describi ac manifestari? Optime B. Saubertus in Palafra p. 162. sq. breuem vaticinii Esaiani connexionem subministrat, hisce verbis: Postquam Prophetâ sub finem Cap. præcedentis IX. egisset de angustiis ac miseriis, transgressores legis & testimonii de Messia circumvallantibus; Cap. hoc IX. innuere vult, contemtiores Immanuelis & sui testimonii, h. e. Evangelii, longe majorem calamitatem subituros, quam subierant terra Selulon, Naphtali & alia, sub victoribus suis, de quibus historia extat 1. Reg. XV. 20. 2 Reg. XV. 29. Loca enim illa, ait Jesaias, lucem tandem vixira, cum Messias evangelium ibi predicaturus sit, quod factum teste Matth. IV. 16, contemtiores autem evangelii derusum iri ad aternas tenebras. Hinc predicit Jesaias, auroram libertatis ac evangelica lucis orituram esse eo loco, ubi prima captivitatis orta fuerant tenebrae ac calamitates. Inter hac ipsius libertatis auctorem admodum graphicè describit, perhibetque, Messiam natum iri parvulum, non secus, atq[ue] alii nascantur homines, fore autem insignitum eum singularibus qualitatibus, quas epithetorum congerie exponit. Tandemque concludit, collecturum eum Ecclesiam per totum mundum, cui ipse prefuturus sit Rex, praesidium & protector. Perperam ergo Dn. Kortumiū expostionem vaticinii Esaiani de latiis Novi Testamenti temporibus, ab ipso Spiritu S., interprete plane infallibili, Matth. IV. 13. seqq. factam, susque habet deque, atque nil nisi latitudinem incolarum Hierosolymæ, ex divina ab hostibus terrestribus liberatione originem trahetem, ab Es. cap. IX. 1. 2. prædicti, autumat, hac Versum primum

paraphrasi instruens: Inzwischen wird denea Einwohnern Jerusalems / die alsdenn in Furcht und Schrecken seyn werden/ aus Sorge / den Feinden gleichfalls in die Hände zu kommen / eine schnelle Hülfe erscheinen / als vom Himmel herab/zu ihrer höchsten Freude / mox quoque plenioris intellectus gratia subjiciens: Gleichwie einst Christus mit seinem Evangelio denen Elenden und Verlassenen erscheinen wird zum Trost und Freude/ Matth. IV. 15. 16. Luc. I. 73. Joh. VIII. 12. conf. Dr. D. Joh. Georg. Abichtii dissert. de Oraculo Esaiano Cap. IX. 1. a Matthæo Cap. IV. 15. ex Codice Hebreo sensu literali allegato, hab. Lips. ann. 1708.

¶IX. Porro (II) talem puerum, ad quem singula cognomina ac elegia quadrata; a Prophetæ intelligi, ipse Antagonista noster annuit; Jam vero Hiskias, Rex Iudaorum terrestris, non est talis puer, ad quem singula cognomina quadrat; Ergo Hiskias quoque; a Prophetæ non intelligitur. Cuncta autem hic ad Minorem redeunt, quæ vivida radiabit luce, simulacra falso animo, præjudiciis non oppleto, allegata cognomina lustrare ceperimus. Audit nempe (α) Puer propheticus נָבָע ל. e. mirificus, vel miracula patens, quemadmodum Angelus increatus, filius DEI, voce paullum immutata, se nominat נָבָע, l. c. θαυματύρος, miraculi patratorum, Jud. XIII. 18. Quomodo ergo hæcce appellatio Hiskias conveniet, qvi miraculum nunquam patravit? Etsi vel maxime vox נָבָע denotaret admirabilem, sive miraculum, attamen non Hiskias, sed Christus potius est, non admirabilis tantum, sed καὶ ἐξοχὴν, miraculum, per se DEus, per unionem hypostaticam Ιακώπου, utilogitur Gussetius in Commentariis Lingua Hebraica p. m. 675. b. Idem Puer (β) salutarur ψυχην Consiliarius. Jam vero Hiskias Regis munia obibat, sicque habebat suos Consiliarios, quorum in rebus perplexis consilio utebatur, non vero ipse erat Consiliarius. Majori adhuc robore gaudet (γ) qvod puer hicce vocetur אל גָּבֹר DEus fortis. Vox videlicet נָבָע h. d. non adjective designat fortem quæciam, sed substantivæ sumitur, ac significat DEum, prout luculentè appetet ex adjecto adjektivo נָבָע fortis, qvod ad morem aliorum adjektivorum penes Hebreos, substantivo suo postponitur, ut etiam fit Es. X. 21. vid. B. Pfeifferi Dub. Vexat. p. 686. sq. & Schickhardi responsonem extemporaneam, apud DNN. Autores dey Unschuld Nachr. Ann. 1709. p. 458. Ut ut itaque potius, juxta dictum fontium hæcce duo נָבָע conjungamus, vertamusque; Deus fortis, (id qvod quoque

que arridet LXX. Interpretibus, reddentibus: θεὸς ἡγεμόνης i. e. Deus fortis) quam juxta assertum Hieronymi in Comment. in Es. Lib. II. Oper. Tom. V. p. m. 40. sq. illa ipsa divellamus, ac pro duobus diversis nominibus habeamus, nihil tamen lucratetur ὁ ἀγαθός τοιούτος, si vel maxime Puer Propheticus distincte & Ἡλίου & בָּבֶל salutaretur, quia vocula Ἡλίου ita simpliciter posita, Deum notat. Qvis itaque jure merito non queritur de violentia Textui illata, quando Kortinus verba Hebraica: בָּבֶל אֱלֹהִים fortis, germanice transferre ausus est per: Den unvergleichlichen Helden? Qvis non manifestissime comprehendit, sermonem Prophetæ non fieri de Hiskia, quippe qui titulo Dei fortis insigniri nequit, sed potius de Messia, sive Domino nostro Iesu Christo, quippe qui omnino Deus fortis & est, & merito dicitur.

S. IX. Obiter interim ac *in* *magis* monere lubet, a Pontificiis injustissime B. Lutheri Arianismi, seu negatæ veræ Deitatis Christi, dicam scribi, ex eo fundamento, quia in nostra versione Germanica non extat: Gott / sed saltem Kraft / nam intelligit B. Megalander virtutem hypostaticam, sive personalem, secundam nempe divinitatis personam, quæ tanta pollet virtute, tanta potentia, ut ipsa quasi virtus sit, ipsa potentia, omnis infirmitatis expers. Hinc ipsis B. Lutherius Tom. IIX. Jenens. Germ. fol. 145. b. Opp. Altenb. Tom. IIX. p. m. 313. b. Christum appellat Gott oder EL, scribens: Das Kind so uns gebohren und gegeben ist / soll ein ewiger Vater und Friede-Fürst seyn / von nun an bis in Ewigkeit. Darum muss Et NB. Gott oder El seyn; Imo ib. In paullo antecedentibus expresse hebraicum ḥay expressit per: GODDE / h. m. Sein Name heisset. Wunderbahr / Raht / NB. GODDE / Helden / &c. Interim Pontifici non vident manticæ, quod in tergo est, quandoquidem versio potius vulgata, ipsis adeo dilecta. Arianis ac Socinianis pollucem premit, dictum 1. Tim. III. 16. non vertens: DEUS manifestatus est in carne, prouti jure fieri debuisset, sed saltem: Manifeste magnum est pietatis Sacramentum, QVOD MANIFESTATUM EST IN CARNE. Annon sic, si par parl referre vellemus, Pontificis Arianismi vel Socinianismi accusari possent, ex Textu sacro vocem: Deus, ejientes, atque adeo Christo titulum Dei detrahentes? vid. B. Mayeri betendes Kind Gottes / p. 344.

S. X. Sed redeamus e diverticulo in viam *Hiskiam* scil. ab  
E 2

Eisalo



אֵלָיָהו  
Esaia non indigitari, eluet (d) ex subseqventi nomine: פֶּרְעֹז  
Pater eternitatis. Qvomodo vero Hiskias, qui per viginti novem annos tantum ad clavum Reipublice sedidit, Imperioque præfuit, 1. Reg. XIX, 2, Qvomodo, inquam, ille vocari potest: Pater eternitatis? Et si subterfugium in eo quereretur, voce פֶּרְעֹז forte non designari eternitatem, omnis finis expertem, attamen neque sic aliquod fentens, de Hiskia h. i. intelligendo, accresceret pondus, nam id extra controversia aleam positum est, vocabulo פֶּרְעֹז, si non semper eternitatem, omni termino carentem, semper tamen tempus maxime diuturnum, ac impervestigabile, denotari, qvomodo e. gr. Habac, III. 5, memorantur פֶּרְעֹז montes seculi, longissime nempe duraturi, vid. Gusseti Comment. Ling. Hebraic. p. 583. At vero quis viginti novem annos, quos Hiskias regnando exegit, pro tempore tam diuturno agnosceret? Inconclusum itaque manet, Hiskiam nullo modo a Prophetæ nostro describi.

§. XI. Accedit (e) neque ultimum titulum: שַׁלְוֹן  
Princeps Pacis, prælaudato Judæorum Regi belle convenire. Quem enim latet, quanta bella is gesserit cum Philistæorum gente, Judaicæ regioni admodum infesta, 2. Reg. XIX 8. ? Qvis nescit, quanto exercitus apparatus, quanto armorum strepitu, quanto audacia nisu, Judæam agressus sit sævissimus Assyriorum Rex, Sanherib, detectionem Hiskiae gravissime ulturus 2. Reg. XIX. 7. 13. sqq? Quem fugit, quanto successu primus factus sit impetus, adeo ut victoria Assyriorum, arma usque ad ipsam metropolin, Hierosolymam, pertingerent, ac penetrarent? ib. v. 13. sqq. Cap. XIX. 1. sqq.

§. XII. Ulterius (III) id quoq; apertissime contra Antagonistam nostrum militat, qvod regnum pueri hujs describatur ut plane eternum, AC OMNIS FINIS NESCIUM. Expresse namq; dicitur: "בְּגִיא יְהֹוָה מְרֻבָּה הַמְשִׁירָה וְלִשְׁוֹן אַיִן"  
i. e. Amplitudini Principatus, & paci non erit finis &c. Qvis vero dicere audet, regimini Hiskiae, ac paci, tempore Hiskiae viginti, nullum fuisse finem? Annoa pax tunc finem habuit, cum ipse bello adoriretur Philistæos 2. Reg. XIX. 8? Annon pax finem habuit, cum Assyriorum copiæ, cataclysmi instar, terram judaicam inundarent? Annon pax finem habuit, cum tandem plentissimus hicce Monarcha mundo valediceret? Jejuna sane est verio Kortumiana: Zur Erweiterung der Herrschaft / und

und das des Friedens kein Ende sey / wird Er sitzen / auf den Thron Davids / und herschen über sein Königreich / &c. Si enim ex limpissimis fontibus bibere eupimus, prora verba ita transferri debent: Die Größe seiner Herrschaft / und der Friede wird kein Ende haben. Nullo ergo fundamento hæc prima propositio ad posteriorem trahitur sermonem, &c., ut unica, ex duabus, consiciatur propositio, supplementum quodam inseritur. Ceterum de בְּאַלְפָו, v. 6. In voce בְּרִכָּה obvio, consule sis, Hillerum in Arcano Kethib & Keri, pag. 8. Pfeifferum in Dub. Vexat. p. 635. sq. Buxtorffum in Anti-Critica P. II. p. 482, Raymundum Martini in Pugione sicut, Part. III. Distinct. I. Cap. IX. §. V. pag. m. 531. seq. & plures.

§. XIII. Tandem (IV) de nihilo non est, quod colophonis loco versu 6. legitur: Ab hoc tempore etiam usque in eternitatem Zelus Jehova Exercitum faciet hoc. Contra apertum Accentuum adjectorum ducum, Korumius hæcce verba: ab hoc tempore etiam usque in eternitatem, ab ultimis: Zelus Jehova Exercitum faciet hoc, divellit, cum tamen Athnachus, in voce: מְפֹדֵת, i. e. in justitia comparrens, latet arguat, propositionem precedentem in predicta voce finem esse fortiter. Qvomodo ergo, hoc non obstante, nihilominus, ad complendam priorem propositionem, jamdum finitam, adjici potest: Ab hoc tempore etiam usque in eternitatem, von jetzt an bis immer, uti Kortumiana sonet translatio. Qvomodo clausula potremus hisce solis absolví valer verbis: Zelus Jehova Exercitum faciet hoc, der Eyyser Jehova Zebooth wird solches thun / uti iterum Kortumius vertit. Qvodsi jam proprius integrum clausulam: Ab hoc tempore etiam usque in eternitatem, Zelus Jehova Exercitum faciet hoc, utroque inspiciemus oculo, facile perspiciemus, ipsum FILIUM, ante descriptum, venire nomine Jehova Exercitum. Nam in anterioribus memoratur, admirabilem illum Filium stabiliterum esse regnum suum per judicium & justitiam, sicque ostenditur, quidnam iste futurus sit. Et ecce! mox subjungit Prophetæ, quod Jehova Zebooth hoc ipsum sit fætus, sicque innuit, Jehova Zebooth regimini præfuturum, & ab eo regnum suum per judicium & justitiam stabiliterum sit, ac sustinetur; Ne vero aliquis inducatur, ut credat, imperio hunc, instar aliorum regnum mundanorum, finem esse futurum, subjecitur.

Ab hoc tempore etiam usque in eternitatem. Conf. B. Seb. Schmidt  
 Comment. in Esaiam b. l. p. 104. sq. qui bene p. 105. scribit: Jehova  
 Zebaoth est ipse Messias, quod optimum nobis videretur. Nonne enim in  
 praecedentibus dictum est, quid Messias futurus sit? Quare cum idem  
 iam dicitur facturus Jehova Zebaoth, utique Messias est hic Jehova  
 Zebaoth. Qvis itaque de Hiskia cogitabit, autumabitque,  
 nonnulli de hocce Rege, ejusque regno, Prophetam agere? Posito vero,  
 non ipsum Puerum Propheticum, sed potius Deum Pa-  
 trem, appellatione Jehova Exercituum proponi, deque eo asserti, quod  
 regnum prælaudati Pueri sit firmaturus, quilibet tamen fateri co-  
 gitur, neque sic sermonem de Hiskia fieri posse, quia imperium hu-  
 jus Pueri ut aeternum describitur, stabillendum sc. a Deo usque in eter-  
 nitatem, ita ut principatui ipsius nullus sit futurus finis, juxta modo  
 præcedentia. Qvis vero mundanum Hiskiæ dominium audebit pro-  
 clamare aeternum, sineque carens? Conf. adhuc Compegium Vitrinæ  
 in Commentario in Librum Prophetarum Jesiae ad b. l. Raymundum  
 Martini in Pugione fidei P. IId. p. m. 5 & 9. sqq., Dan. Weimarum in  
 Uso accentuationis Biblica Loc. XIX. p. 106. Jqq. &c. Ceterum Dn.  
 Joh. Francii expositionem, in Abysso Mysteriorum traditam, qua my-  
 sterium Trinitatis, accentuum ductu, ex Esa. IX. 5. exculpere fatigit,  
 & controversiam, hac de re ipsi cum D. Abichtio exortam, nec non  
 scripta amœba, persequitur Autor der teutschen Actorum Erudit.  
 Part. XX. p. 655. sqq.

S. XIV. Accingo me denique ad Observationes nonnullas præ-  
 sticas. 1) Tene Christum in Libris Propheticis, ubi inveniri potest.  
 Quia enim omnes Prophetæ de Christo testati sunt Act. X. 43, necesse  
 est, eum in scriptis eorum & quælibet debere, & inveniri posse. Hinc,  
 ubi inveniri potest, tenendus, ac ambabus quælibet ulnis apprehenden-  
 dus est. De duobus Viels doctissimis, Hugone Grotio, & Joh. Coccejio,  
 proverbio fertur, ILLUM unusquam Christum reperire in sacris literis,  
 HUNC ubique. vid. B. Mayeri Bibliothec. Biblic. dissert. IIX. p. m. 121.  
 Tu vero medio tutissimus ibis, illa loca de Messia intelligendo ac ac-  
 cipiendo, quæ vel propter allegationem Novi Testamenti, vel pro-  
 pter ipsam Textus perspicuitatem, vel tamen citra coactionem violen-  
 tam, de Christo optime intelligi ac accipi possunt, reliqua, quæ alter  
 se habent, non contorte de Christo exponendo. Conf. hic Vitrinæ  
 Typum doctrina Prophetica, subjunctione Ej. Hypothesis Historia &  
 Chronos

**Chronologie S.** (II.) Agnosce, o homo! dulcissimi Salvatoris tui beatitudinem ineffabilem. Nam tu bono, ad te redimendum, teque in veram libertatem Filiorum DEI afferendum, IESUS tuus venit in mundum. Puer natus est NOBIS, Filius datus est NOBIS. Si homo non peccasset, neque Christus in mundum venisset, id quod contra Scholasticos, ex Inviatis sacrarum litterarum testimonis Gal. IV. 4. I. Tim. I. 15. Ebr. II. 14. 15. demonstratum dederunt B. Qvenstedius System. Part. III. p. 109. sqq. B. Job. And. Osiander in Coll. System. P. IV. p. 10. sqq. & plures. Confer. sis. Concion. meam, sub titulo: **Christus wahrer GOTTE und Mensch mit der Beysschrift: Sie HERR und Gideon** pag. 46. in not. Ridendum se quoque propinavit Hieron. Cardanus in Comment. in Ptol. Lib. II. pag. 369. sqq. somnians, Christum non ex mera libertate, sed ex quadam necessitate, ab astris illata, mortem debuisse oppetere. Vld. B. D. Job. And. Schmidii disserr. cui tit. **Thema Christi natalitium, a nonnullis impie & absurde erectum**, DNN. **Autorum des Alten und Neuen an. 1701. p. 148.** **Paschien in Inventis Novi-Antiquis p. 587. sqq.** **Pauillini Lust-Stunden P. II. p. 211. sqq.** & Jitteri Synops Philosophae Moralis p. m. 64. sq. Addo B. Job. Frischmuthi diss. de Judeorum amentia, cecitate & stupore, qui tempus adventus Messiae ex coniunctione Saturni & Iovis in sidere pisculum indicare presumunt. Attonis ergo ineffabilis benignitatis ~~mirificator~~ Christus edidit, dum tui caussa, tuo commodo, tua salutis gratia, homo factus, crucifixus, passus, mortuus, resurrexit, in celos ascendit, & ad dextram Dei Patris confedit? Hinc agnosce propensam Iesu tui in te voluntatem; agnosca, summis candem evete laudibus, evet hens laudibus, te totum Christo tuo trade in mancipium Rom. XII. v. (III.) **Letare, o Homo, de JEHOVA, Deus regnatur:** Is enim non solum ut Puer nob. est natus, sicutque Frater noster factus, sed etiam ut Filius Dei nobis est datus. Si igitur variis circumvallatus es tribulationibus, ut exiunt inventire haud licet, age, recurre ad JEHAMnum. Is enim, ut Homo, Te eripere vult, quia carnem tuam assumpsit, Ebr. II. 14., neque erubescit, Fratres nos vocare ib. v. 10., sed cui misericordia tangitur Ebr. IV. 14. 15. Is pariter, ut DEUS, Te eripere potest, quia DEUS potens est facere super ea, quia perimus aut intelligimus. Ebr. III. 20. En! sic post hubila surgent jubila! Sane Servator tuus non solem est Deus fortis, sed etiam Pater aeternitatis. Ergo Se potenter & libenter, insigniique mentis prolabio succurret, ac suppetas fecit. **Summa: Gaudete in Domino semper, iterum dico, gaudete Phil. IV. 4.**

DICTUM



# DICTUM IV.

## Ef. LXIII. 3.

TEXTVS HEBRAEUS:

פורה ורכתי לברוי וסעפתי און אויש אהוי

LXX. Interpretes:

Μήντοι καλπασάμενος, καὶ ἐν τὸν ἔθνον τὸν οὐδὲ μηδὲ εἴμαστε  
Seb. Schmidius:

Torcular calcavi solus, & de populis non (fuit)  
Vir mecum.

B. Lutherus,

Ich trete die Kester alleine/ und ist niemand unter  
den Völkeris mit mir.

S. I.

**A**loysius Novarinus, Scriptor Pontificius, florens circa annum 1640., varisque ingenii monumentis celebris, in Electis Sacris Part. II. fol. 144. a. num 483., dictum allegatum manifesta perverzione contaminare nullus dubitat. Supponit nempe, Mariam ad opus redēptionis ac satisfactionis pro genere humano concurrit, hanc enim Christum patientem comitatam esse, open, quam posse, laturam, hanc vere, cum Christo patiente, passam esse, suosque dolores cum doloribus Christi, suasque poenas cum poenis Christi consociasse, hanc in corde sustinuisse, quod Christus perpessus est in corpore, hanc cruciatum plane diuturnum per integros triginta tres annos sensisse, & quae hujus furfuris alia ab ipso producuntur in medium. Ut vero speciosum larvis suis conciliat fucum, verba Salvatoris benignissimi, prouti quidem is loquens a Propheta Ef. LXIII. 3. introducit, sollicitare audet, causatus, Christum recte dixisse: *De Gentibus non est Vir mecum*, neque enim eum dicere potuisse: *Non est feminam mecum*, quotiam Beata Virgo Maria, cum ipso fuerit.

S. II. Neque existimes, solum Novarinum talibus induluisse meditationibus, eumque hoc in passu a communi Pontificiorum doctrina recessisse. Nam Liber modo citatus, qui Electorum Sacrorum

rubrum

rubrum præfert, ac Virgini Maria, pariter atque Archangelo Gabrieli, dicatus est; cum censura Superiorum, eorumque expressa approbatione, in publicum prodidit. Et hospes in placitis curia Romanae five Cleri Romano-Catholici sit, oportet, qui nescit, Mariam a Papa, ejusque basiaturibus, in communionem passionis, ac nostræ cum DEO reconciliationis, admitti, & partem hujus beneficij incomparabilis Mariae, partem autem Christo saltem vindicari. Ut enim silentio praeterem, qvæ ex Mariali Argentinensi, an. 1493. edito, citat Hackspanius in Notis Philologico-Theol. Part. II, p. m. 716, sic in Hortulo anima, an. 1599. iterum edito, oratur: *Precibus & MERITIS BEATA MARIAE, semper Virginis, & omnium Sanctorum, perducas nos Dominus ad regna celorum.* Pariter Dillinge Anno 1573. publicatus est Liber Cantionum, a Johanne Leisentritt in quo ita Beata Virgo compellatur: *Du Maria rein durch dein Gehorsamkeit / und gottselig Demuthigleit / hast NB. dem Teuffel zerhirscht sein Haupt / und ihn aller seiner Macht beraubt.* Et protectomirari non subit hocce Cantionum genus, cum in *Vulgata Versione*, quam Pontificil ubique cynosure instar sequuntur, Christus plane ab opere redemptionis exclusus, & contrario vero totum reparacionis humanæ negotium Maria, Vrgini, transcriptum videatur. Ibi enim dictum illud Evangelicum Gen. III. 15, Invito Textu Originali, sic versum legitur: *Illa (Mulier) conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus, vel, si translationem Germanicam Ulenbergi, ex vulgata factam, mavis, hac ita in Biblis Pentapl. p. 9. sonat: Sie (das Weib) wird dir den Kopff ztreten / und du wirst ihrer Fersen mit List nachstellen.* Audirem contritionem capit serpentina, sive destructionem potestatis diabolicae, juxta 1. Joh. III. 8, hic non Christo, sed Mulieri attribui? Porro in *Euclidario Ecclesiastico*, Basileæ an. 1517. Impresso, Lib. I, p. 49. Maria sequenti ornatur elogio: *Per te mundus salvatus est, per te rursus levatus est. Per te mors dominanda est, per te vita donata est.* Nec minus Jesuita, Joh. Eusebius Nierenbergius in *Trophæis Marianis* fol. 322, Cooperabatur Maria, inquit, plurimum secundum modum suum, NB. ad propitiandum Deum, imo ib. fol. 324. calculo suo approbat Antonii, de Maria, effatum, et tandem reparasse Angelos & homines, tanquam NB. Mediatrixem reconciliationis, & adjutricem redemptionis. Plura alia horrenda idolomanie Marianæ specimina.

coacervare laboravit Sincerus Catholicus, i. e. B. M. Nic. Haafius, in der Vorstellung der Passions- und Fasten-Undacht in der Römisch-Catholischen Kirchen/Cap IV. p. 25. sqq. Adde B. D. Grapii Theologiam Jesaianam torculariam cap. III porism. 4. p. 39. Subjungere adhuc placet recentissimum Scriptorem Pontificium, D. Franciscum Neuwertum, Theologum & Canonum Professorem Wratislaviensem. Hic nempe in Oratione, cui tit: Maria vita Ostium, tota Trinitate communum, B. I. impudentissime adstruit, Filium sanguinem, NB. in lytrum orbis redimendi, a matre munaturum esse.

S. III. Ex hisce ad oculum insimul patet, merum a Pontificis glaucoma objici, quando distingunt inter Mediatores redemptionis, & intercessionis, prelexentes, Christum existere Mediatorem redemptionis, Sanctos vero ac Mariam tantum esse Mediatores intercessionis, uti quidem Canisius in Catechismo p. 53 nobis imaginari vult. Etiam si enim neque hac distinctione satis putrida immani idolatria pontificis vulneri patetur medela, cum sacrae Pandectae non nisi unicum Mediatorem intercessionis nobis sistant, nempe Christum, 1. Tim. II. 5. qui pro nobis intercedit Rom. IIX. 34. I. Joh. II. 1; attamen falsissimum est, a Pontificis Sanctos duntaxat haberi pro Mediatoribus intercessionis, qui non nisi humili sua apud DEUM intercessione nobis divinum auxilium impetrare dicantur, quandoquidem ex anteriusbus quilibet, qui in merito coacture non vult, abunde perspicit, a Pontificis Sanctos quoque astimari pro Mediatoribus redemptionis Nierenbergio rotundis verbis beatam Mariam, tanquam mediatrix conciliationis, & adjutricem redemptionis deprehendente. Conf. B. Joh. Olearii Exercitatus de Advocatione Christi Aphor. V. §. 4. pag. 38. Hinc, sicut infinitis aliis placitis detestandis, ita in specie etiam hocce manifestissimo dogmate fundamentum fidei ac salutis a Pontificis everti, recte docet B. Seb. Schmidius in Disp. de articulis fidei fundamentalibus, & non fundamentalibus, Porismate V.

S. IV. Quando autem Novarius, cum sociis fidelibus, pro commendando suo commento, ad E. LXIII. 3. provocat, dicens, Christum non introduci loquentem hoc modo: Nulla fæmina mecum fuit, sed saltum ita: Nullus Vir mecum fuit, indeoque inferens, Virum duntaxat alium, non vero fæminam quandam, ab opere reparata latenter removeri, pessime hallucinatur, ac genium Lingua laetare ignorando,

manu-

+ 2803

manifestam ~~tragedie~~ committit. Nempe in hocce ipso elegantis  
 Esate vaticinio agitur imprimis de Christi pugna contra hostes spiritua-  
 les, ejusque victoria exceptua, per passionem victoriam obirent, doce-  
 turque, quod Redemptor noster torcular, vel lacum passionis victoriose,  
 calcaverit, nostri causa cruciatus infernales sustinendo, ac mortem  
 ipsam subundo, insimul vero hostes nostros spirituales, Diabolum,  
 peccatum, & mortem eternam subligendo ac superando. Quemad-  
 modum itaque, qui lacum uvarum, seu uvas, calcat, ipsas uvas  
 supprimit, subigit, ac succum exprimit; ita etiam Salvator no-  
 ster lacum passionis suæ calcans, contra inimicos nostros spirituales  
 insurrexit, eosdem pessundavit, prostravit, devicit, potestate privavit,  
 ac nocendi facultate exuit, Hos. XIV. 14, 1. Cor. XV. 54. 55. 56. 57,  
 Ebr. II. 14. 15., id quod Scriptura alibi effert per contritionem capitii  
 serpentini, Gen. III. 15., destructionem Operum Diaboli 1. Job. III. 8.  
 & sic porro. Et hoc ipsum innuitur verbis propheticis, vaticinio no-  
 stro annexis: Propterea calcavi eos, (hostes meos) in ira mea, &  
 conculcavi eos in excandescientia mea. Adde v. 6., ubi nomine Popu-  
 lorum intelligitur tota hostium caterva, tum corporallum, tum im-  
 primis Spirituallum, exponente B. Calovio in Bibliis Illustratis ad h. l.  
 p. 252. Quemadmodum vero, qui lacum uvarum, seu uvas, calcat,  
 ipso liquore, ex uvis expresso, conspergitur, & madefit, ita etiam Sal-  
 vator noster lacum passionis suæ calcans, ab hostibus suis infernalibus  
 infestatus, invasusque est, rut illi, cedere nolentes, quasi sanguine suo  
 eundem consenserint, quip opter subiungit v. 3.: Sparsum est robur  
 (sanguis) eorum super vestes meas. Lucem huic dicto insignem ex  
 Hebraeorum ritibus affundere studet summè Venerabilis Dr. Theodor  
 Dassovius in disp. III. de Emphasi sacrarum vocum ex veteri historia He-  
 braea repetenda, Commate V. p. 12., qui monet l. c. §. I. p. 12. torcu-  
 laria Hebraeorum ut plurimum in petra excisa, vel etiam in hortis, &  
 mediis montibus, collocata fuisse, plebejos autem homines in torculari-  
 bus laborasse; & §. 3. p. 14. observat, torcular calcari solitum fuisse  
 in forma crucis, iuxta Alaimonidem Tom. III. de Terumis, Cap. V. §. 6.  
 Hinc ibidem §. 2. p. 13. scribit: Sicut torcularia in montibus vel hor-  
 tis ponebantur; Ita Christus in monte Golgatha & horto Gethsemane tor-  
 cular ira divina calcabat: Sicut etiam calcantes calcabant in forma cra-  
 cis; Ita Christus gerebat crucem suam, cum calcaret torcular; Sicut

quoque, qui calcabant torcular, abjecti & viles erant; Ita Christus, cum torcular ira divina calcaret, formam servi induit, & se exinanivit, ut obediens fieret ad mortem crucis, Phil. II. Mox quoque S. 3. p. 13. sqq. pergit. Quando - - Christus dicitur calcare torcular solus, non vero trahere, phasis illa non caret emphasi; Nam torcular calcari ab uno homine solo poterat, sed trahi debebat a multis; de qua calcatione disserit Maimonides Tom. II. in Lib. de Cibis prohibitis Cap. II. §. 20. sqq. Hoc vero in loco cum Christus diciatur calcare torcular, intelligitur superatio hostium Spiritualium, quod, quemadmodum ille, qui calcat usus, pedibus vinum exprimit; Ita Christus, conculcans pedibus hostes spirituales, sanguinem illorum exprimat &c. Haec ille! Verum enim vero scopus noster praefixus non patitur, uberior in verum Vaticinii hujus scopum ac sensum exspatiant, quandoquidem saltem injustam, violentiam, Scripturæ a Novarino, ac Sociis ejus, illatam, proscribere animum induxi. Hinc contra inanem Grotii Glossam legi potest B. Calvini in Bibliis illustrat. b. l. p. m. 346. sqq. Adde Pfeifferi Dubia vexata, b. l. p. 77. B. Val. Thiloni Medullam Theologie seu Epitomen Bibliorum regiorum, p. m. 1002. sqq. B. Grapii dissert. Exeger. in dictum Es. LXIII. i. sqq. & plures.

S. V. Jam ad rem! Novarinus ex hac locutione: Non fuit Vir tecum, adeo non potest probatum dare, Mariam una cum Christo ad opus redemptionis ac reparacionis Generis humani concutisse, ut potius contrarium inde firmissime eluceat. Nam adverbium negandi, nomine שׁנֵי five prpositum, five postprpositum, universalem efficit negationem, atq; idem significat, quod nemo, nulla persona, e. gr. Gen. XXIII. 8. שׁנֵי VIR ex nobis sepulchrum suum נַא NON cohibebit a te, i. e. Nemo ex nobis denegabit tibi sepulchrum suum, i. Sam. XXI. 2. Ita Abimelech ad Davidem: Quare tu, ait, es in solitudine tua, אַתָּה שׁנֵי & VIR NON est tecum, i. e. nulla persona tecum est. ib. v. 2. David Abimelecho inter alia reponit: נְאָה שׁנֵי, VIR NE, i. e. nulla persona, sciat aliquid de hac re. 2. Reg. VII. 5. שׁנֵי חֲנָה אִנְיָה שׁנֵי ecce NON erat ibi VIR, i. e. nemo, siue mas siue femina ibi aderat, cum omnes omnino ex Syrorum castris affugissent. Vid. DD. Dantzii Interpretem S. 133 p. 142. sqq. Quia itaque phasis: נְאָה שׁנֵי, i. e. Non est Vir, universaliter negat, idemque notat, quod: Nulla adest persona, sequitur, quod illa ipsa non mares tantum, sed & ifce.

m nas

minis excludat, ac removeat. Et quia hoc; omnino etiam foemina  
quæcunque ab opere redēptionis excluditur. Et quia hoc; Maria et-  
iam removetur. Et quia hoc; Pontificis in damnabili errore versantur,  
Marie partem acquisitam reconciliationis hominum cum DEO turpiter  
transcribentes. Quid imo quid clarus? quam ipsa addita explicatio  
Ei. LXIII. 5: Circumspexi, sed non erat auxilians &c. Enī  
omne in admirando hocce labore auxilium humanum defuit. Conf.  
Hackspanii Notas Philolog. Theol. P.II p. 716. sqq., Thilonis Medul-  
lam b. l. p. 1004. sq., & Pfeifferi Dubia Vixata b. l. p. 728.

S. VII. Succedant Observationes practice. (I.) Noli o homo! honorem, Deo debitum, ad creaturam quandam transferre. Pontificiorum Clerus honorem redēptionis, Christo soli competentem, Ma-  
rie ac Sanctis una tribuat! Horret sane animus, si memoria recolo  
sequentia verba P. Francisci Josephi in Tract. S. Franciscus als ein  
neuer Capuciner - Jesus, und anderter Welt-Erlöser vorgestellt  
ita sonantia: Es hat s Gott uns einen neuen gleichsam anderten  
NB. Welt-Erlöser zugesendet / welcher NB. durch seine heilige Ver-  
dienste gesamtes Menschen Volk von Höllischen Banden & &  
entfesseln sollte &c. Tu vero cogita emphaticum illud Dei effatum,  
Ei. XLII. 8: Gloriam meam alteri non dabo. Ergo noli gloriam,  
Christo soli convenientem, qva is ut Redemptor universalis, nullo Ma-  
riae aut Sanctorum auxilio suffultus, celebrari meretur, eidem eripe-  
re. Secus si feceris, fulmen iræ divinæ non effugies, Deus enim  
Spernentes me, inquit, spreti erunt, i. Sam. II. 30. (II.) Ne immo-  
tam cordis fiduciam colloca in meritis, intercessione speciali, ac auxilio  
Marie, aliorumque Sanctorum demortuorum. Pontificis, ad merita  
& intercessionem Sanctorum, confugiant, orientque in Canone missa-  
tico: Sanctorum tuorum meritis, precibusque concedas, ut in omnibus  
tue protectionis muniamur auxilio. Vid. B. Höe Gedanken Päbliche  
Lehre nicht anzunehmen p. 24 sub fin. des Evangelischen Hand-  
Buches; Tu vero non nisi in merito & intercessione Christi confi-  
de, ac certissime persuasus esto, Deum, propter Christi meritum &  
intercessionem, tibi propitium fore, is enim lacum passionis victoriose  
solus calcavit Ei. LXIII. 3, is est Mediator Dei & hominum, qui dedit  
se ipsum pretium redēptionis pro omnibus i. Tim. II. 5, is est noster  
Paracletus ac intercessor benignissimus i. Joh. II. 1. E contra Abra-  
ham

nam non cognoscit nos; & Israhel non agnoscit nos, E. LXIII. 16. Qui  
 ergo in illis immotam poneres fiduciam? Pontificii porro auxilium a  
 Maria, ac Sanctis demortuis praestitissimum, ac divino arcanoq; mo-  
 do praestandum, praestolentur! Mira de variis auxillii speciminiis, a  
 Maria invocantibus exhibitis, enarrat Pater Schönhardi im Lust-Hause  
 p. m. 273. sq. 305. sq. & alibi. Inter alia p. 273. scribere non eru-  
 bescit: Als eine Frau Kinder trug / und die Zeit ihrer Geburth  
 herbeÿ kommen / und die Mutter in grosser Gefahr des Lebens ges-  
 standen / auch keine inenschliche Hülffe vorhanden / setzte Sie  
 NB. ihr Vertrauen zu unsrer lieben Frauen (Mariam), rufste selbe  
 inbrünstig NB. um Hülffe an und tranc' darauff ein wenig Was-  
 ser / darein geweyhete Rosen-Tränze und Rosen-Blätter gelegen  
 waren; Nachdem gebahr sie bald auff die Welt ein lebendiges  
 und ein todtes Kind / ohne sonderbare Schmerzen. Unde etiam  
 postea p. 274. Mariam appellat die Helferin aller Christen. Enim  
 vero quis non videt, miras & meras a Schönhardo vendi fabulas?  
 Tu itaque confide in Deo, Auxiliatore omnipotenti & universalis Ps.  
 LXXIV. 12, qui tibi solus invocandus præscribitur Ps. L. 15. Matth.  
 IV. 10. quandoquidem merito mentem tuam percellit illud Jer. XVII.  
 5. Maledictus est quilibet, qui confidat in homine nudo, & ponit car-  
 nem brachium suum. (III.) Gloriare de redemptione Christi sufficien-  
 tissima, tanquam beneficio omnium maximo. Bene Ambrosius Lib. II.  
 in Luc. Cap. II. Tom. IV. Opp. fol. 602. Plus, inquit, Domine Iesu,  
 tibi debeo, quod redemptus sum, quam quod creatus sum; Non pro-  
 desset nasci, nisi redimi prouisisset. Cui ergo de hac redemptione non  
 gloriareris? Cur non toto ex pectore erumperes: Ne obliviscere o-  
 minum beneficiorum ejus, Ps. CLII. 2. ? Emptus es, non auro & ar-  
 gento, sed sanguine agni immaculati, 1. Pet. I. 18. 19. Hoc ergo  
 redemptionis pretium non contemne, non repudia, sed vera fide am-  
 pletere; Sic fructum redemptionis Christi percipies, & salutem æter-  
 nam actu consequeris. Cur ergo redemptionem Christi non haberes  
 auro contra caram? (IV) Gaude de devictis per Christum, victoriose  
 patientem, hostibus spiritualibus. Gaude & ova! Si Diabolus terrere  
 vult, salutem æternam tibi abjudicaturus, noli terrori, nam Christus  
 eum devicit. Quis (est) qui condemnat? Christus (est) qui mortuus  
 est, Rom. II. 3. q. Si peccatum te angit, noli desperare, nam si quis  
 peccaverit

peccaverit, Paracletum habemus apud Patronum, Jesum Christum, justum, & ille est propitiatio pro peccatis nostris 1. Joh. II. 1. 2. Si infernus fauces suas dilatat, noli animum abiecere. Qui enim credit in Christum, non morietur in eternum, Joh. XI. 26. Summa: Ovans exclamare poteris ex 1. Cor. XV. 57.: Deo sit gratia, qui dat nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum. Eo interim omnibus intentis nervis contendere, ut pietate & interna & externa beneficium redemptoris tue agnolcas, ne male agendo te ipsum gratia divina, ac salute aeterna indignum reddas. Hinc peregillus Gentium Doctor, digne, ait, Evangelio Christi conversamini Phil. I. 27.

## dictum V.

### Jon. II. I.

TEXTUS HEBRAEIS :

דָּוִמֵּן יְהוָה־דָּג צְרוֹל לְבָלָע אֶת יוֹנָה וַיְהִי יוֹנָה בְּמַעַן

דָּדָג וְגוּ'

LXX. Interpretes:

Καὶ ῥεόποτε κύματα κάτει μεράλων κατεπέννυ τὸν Ἰωάννην  
οὐδὲ ἡ Ἰωάννης ἐν τῇ κατίληψι τῇ κάτεπέννυ π. τ. λ.

Seb. Schmidius.

Verum Jehova præparavit pisces magnum, ad absorbendum Jonam, fuitque Jona in visceribus pisces, &c.

Lutherus:

Und der Herr verschaffte einen grossen Fisch/Jona zu verschlingen / und Jonas war im Leibe des Fisches/ u. s. w.

S. I.

**D**N. Petaloffi, Medicus Lugdunensis in Gallia, hanc pridem anno nemtrum præterito 1719, publica luce donavit Dissertationem Criticam, sub tit: Jonas dans la Baleine. In hac Dissertatione prædictus Autor non solam inquiryvit in genus pis-

seis

scis, a quo Jonas deglutitus est, ratus, Cetum, non vero Canem Car-  
chariam, egisse Prophetæ hujus devoratorem; sed etiam de loco sol-  
licitus fuit, in quo Jonas, a pisce magno deglutitus, latitare debuit,  
autumans, prædictum Jonam, non in ventre Ceti, sed tantummodo in  
ore ejusdem, per triduum extitisse, multisq[ue] hinc rationibus perfa-  
dere cupiens, omnium optime os Ceti Viro huic DEI, diversori loco,  
inservire potuisse. Nervole & sententia Petalossi, & sententia tun-  
damenta recensentur in den neuen Zeitungen von gelehrten Sas-  
chen / ann. 1720. Num. 44. p. 348. sq. Vix autem peculiaris Pe-  
talossi assertio in notitiam Eruditorum pervenerat, cum ea, ingenti cum  
applausu, a Viro Clariſſ. Dn. Christophero Auguſto Hemannō, Gy-  
mnasi Göttingensis Inspectore, excepta fuit. Ita enim is in literis,  
insertis Novis Literariis, Eruditorum in gratiam publicatis, Anno  
1720. Num. 7. p. 116. animi sui sensa expromxit: Cum offendit in  
novis tuis literarioris, que vernacula sermone contextis, p. 348., Petalo-  
sium quendam, Medicum Lugdovensem, emissa nuper singulari disser-  
tatione, contendisse, Jonam Prophetam non subiisse ventrem balenæ, sed  
in ore ejus habuisse triduum; non mediocriter latatus sum, idem isti Me-  
dicus venisse in mentem, quod jam pluribus abhinc annis statuere coepit,  
ex quo scilicet in Gassendi Libro quinto Vitæ Peirescianæ p. 295. legi,  
animal illud os habere adeo vastum, ut exempta lingua, possit eques,  
haud palatum vertice feriens, ingredi, gutturis autem esse adeo an-  
gusti, ut vix possit capere duos pisces, digito auriculari non ma-  
iores. Confirmatus in hac sententia sum, cum vidi תְּבָן hebraicæ  
sum, quod ventrem signat, pro quavis cavitate accipi posse, more ce-  
terorum illius lingua vocabulorum, que propter inopiam Hebraici ser-  
monis, translationem istiusmodi facile patinuntur. Ac in prom-  
ptis locus est, qui mihi patrocinatur. Nam Salomo in Prover-  
bilis Cap. XXII. 18. ita fatur: Si verba Sapientum custodieris  
בְּבַתְּחִנָּה, quod non verteris in ventre tuo, sed intra te. Per  
ventrem interiora aut penetralia mentis tuae intellige, inquit eruditus  
ad h. l. Vatablus. Si igitur Jonas fuit in balena, recte Hebraice  
dicitur, cum fuisse בְּבַתְּחִנָּה balenæ. Imitatus quodammodo hunc He-  
braismum est Claudius Mammertus, cum Lib. I. de statu animæ Cap.  
XXIV. prescripsit hæc verba: Certum tamen est, Imaginali animam  
humanam intra quendam ventrem memorie nequaquam posse, nisi  
ea

ea quæ per corpus accepit. Entra ventrem memoriaræ, hoc est,  
entra memoriam, sive in memoria. Hæc doctissimus Heumannus!

§. II. Ut ut itaque ingeniosa fatis hæc ipsa interpretatio apparet, attamen ea cordatis rerum arbitris arridere nequit, quia manifestam Textui S. vim facit, atque tam coacta est, ut aliiquid magis coacti excogitari vix possit. Age enim, considera intenta ingenii acie verba Prophetica, & a veritatis semita me non declinasse, animadvertes. Propheta ait v. I.: Paraverat autem Jehova Piscem magnum, ad absorbendum Jonam. Annon hic quam clarissime enarratur: Jonam a Pisce absorptum esse? Qvis vero eum a Pisce absorptum nuncupare potest, qui saltem in fauicibus ipsius hæret, cum vox γένεται significet proprie, aliiquid in ventrem sive stomachum abjectum, qvomodo e. gr. Jer. LI. 34, de Dracone dicitur, qvod deglutiatur. Attende ulterius. Propheta pergit v. I.: Et fuit Jona in visceribus Piscis. Annon hic expresse ediscitur, Jonam in visceribus sive intestinis Piscis delituisse? Qvis vero eum in visceribus Piscis delitescentem vocare potest, qui in ore remanet, atque ulterius ad intestina non transit? Audi porro. Propheta v. II. scribit: Νηπιον ενομιείται (Piscis) Jonam. Annon hic lucidissime recensetur, qvod Piscis Jonam evomuerit? Qvis vero eum evomitum judicare valet, quis saltem ex ore extrusus est, cum evomere, in sensu proprio, idem significet, ac cibum, feuid, qvod in stomachum abiectum est, ex stomacho iterum ejicere, prout usurpat verbum Νηπιον ενομιείται, Prov. XXV. 16.

§. III. At vero contendamus cum verbis Propheticis, hactenus lustratis, effatum Servatoris nostri benignissimi. Hic Matth. XII. 40, applicationem typi ad antitypum instituens, sequentem in modum erumpit: *Sicut Jonas erat ἐν τῇ καλλίᾳ τῆς οἰκου, in VENTRE CETI*, tribus diebus, ac tribus noctibus; *Sic erit Filius hominis in corde terra tribus diebus, & tribus noctibus.* Expende, quæso, hunc Christi sermonem æqua judicij libra, & iterum fateri cogeris, allatam ante expositionem in ipsam literæ claritatem ac simplicitatem manifestissime peccare. Salvator noster edocet, *Jonam ἐν τῇ καλλίᾳ, i. e. in ventre Ceti latitasse.* An hoc est, in ore Ceti existere? Profecto si id demum licet, ex ventre Piscis, aut aliud ei viventis, quæ ventre proprie dicto gaudet, facere os, licebit ex qvovis quidvis excusare.

perē. Quid vero hoc est aliud, quam summa imis, totunda quadrātis miscere. Interpretē genuinum decet, simplicitatem literæ sequi, ac hunc Scripturæ sensum pro vero & genuino venerari, quem ipsa literæ si nūcias commode subministrat, qviqve, simulac legitur, vel auditur, se animo Lectoris vel Auditoris sanx, attenti, ac præjudicis non laborantis, apte insinuat. At vero quid magis a simplicitate literæ deviat, quam ex visceribus & ventre, Os efo formare, neqve attendere, quod deglutitus, & iterum evomitus sit bonus Propheta. Sane qvi ex visceribus, seu ventre Ceti evomitus est, is antea in visceribus, sive ventre Ceti, adfuit, conseqventer interpretatio contraria non potest non stomachum movere.

§. IV. Sed stibio suam sententiam, a proprieitate & simplicitate literæ temere recedentem, pingere norunt ḥ. cōvīdēyōvēs. Ut enim fidem faciant, obtineantqve, Jonam non in ventrem Ceti abiisse, sed saltē in ore ejusdem manisse, monent I.) os Ceti tanta gaudere amplitudine, ut eqvitem, eqvo suo insidentem, capere queat, facile Itaque Jonam, prouni jacentem, ibi satis spatii inventire potuisse. Verum enim vero totus argumenti nervus inciditur, si Canonem vulgarissimum opposuerimus: *A posse ad esse non v.* C. Sane de eo hic cardo controversiæ non vertitur: *An Jonas in ore ceti vastissimo jacere potuisset?* Hanc enim questionem si affirmaverimus, nihil tamen concessimus. Sed id sub disquisitionis incudem vocatur: *An Jonas in ore Ceti vastissimo actu remanserit*, adeo ut ipsum Piscis ventrem non sublierit? Et hujus affirmativam Exegetæ incon siderati contra clarissimam Textus sacri lucem, propugnant, nos vero filium Spiritus Sancti sacrum secuti, ejusdem negativam amplectimur.

§. V. Pergunt II) novi Exegetæ, non opus esse, ut verba Jone ac Christi de ventre proprio dicto intelligentur, cum voces Ιων, ac κανέλια, quarum utraque ventrem alias significat, pro quavis cavi sate accipi possint; Ex quo id statim inferunt, verba Spiritus S. apud Jonam, nec non Christi, apud Matthæum, non de ventre proprio dicto, sed saltē de cavitate quadam exponenda esse, qualis omnino in ore Ceti detur. At vero a) Posito, voces prædictas nonnunquam in ea accipi latitudine, ut quamvis cavitatem exprimant; An inde statim sequitur, illas ipas quoq; in his locis, apud Jonam, & Matthæum in ea latitudine accipiendas esse. Sane vox quadam amplissimæ in se signi-

◎ 3 5 1 ◎

significationis per contextum , aliasque circumstantias , ita coarctari & restringi solet , ut , missa ampla significacione , angustorem cogamur amplecti . E. gr. verbum פֶּה extra contextum potest notare tam allicit , quam dilatet ; At intra contextum Gen. IX. 27. una tantum significatio , & quidem posterior : dilatet , est acceptanda , quia constructio praesens cum hunc solum significatum insinuat . Vid. B. Pfeifferi Thesaur. Hermeneus , p. m. 161. Et profecto β) si ipsum Textum S. rite inspicerimus , singula fere voces clamant , non cavitatem quamquam in genere , sed ventrem , sive stomachum propriè dictum , tam apud Jonam , quam apud Mattheum intelligi debere . Sermo enim institutus de Piscis magno , sive Ceto , cui venter seu stomachus propriè dictus est . Et ecce ! in hujus Piscis visceribus , (uti apud Jonam legitur) vel in ejusdem ventre , (uti clare Christus ait) Jonas dicitur extitisse . Quis hic de cavitate Piscis generali , ac amplitudine oris , vel per somnum juste cogitare potest ? Adhac Jonam a Pisce magno degluttitur , ac iterum evomitus accepimus . Quis itaque non vel invitus inde edocetur , memoratum Prophetam omnino in Piscis hujus stomachum esse abjectum . Confer . §. III. (γ) Solum vocabulum בְּבִטֵּן i. e. Venter , ejusque proprium significatum , nobis eripere studet Dn. Henmannus . Jam quidem inficiat ire nolo , hoc ipsum vocabulam apud Jonam adhiberi , cum singulare ejusdem fatum memoria proditur ; Haud inepte enim ad hæc verba Jon. II. 3. מִבְּבִטֵּן EX VENTRE inferni vociferatus sum , commentatur R. Salomo ad b. l. Bibl. Buxtorff. fol. 666. A. : כִּכְנָן בְּבִטֵּן שְׁרוֹנָן שְׁרוֹל לְ . i. e. Jonas dicens : Ex ventre inferni vociferatus sum , id innuere vult : Ex ventre pisces ( vociferatus sum ), qui ipse sepulchrum meum fuit . Interim tamen non advertere videtur Cl. Dn. dissentiens , non tantum id apud Jonam dici , quod Propheta hicce fuerit , in ventre Pisces , sed etiam id ibidem asserti , cumdem extitisse בְּמִתְּרַגְּמָן i. e. in visceribus hujus Pisces , Jon. II. 2. An ergo etiam voce Viscerum capacitas oris indice indigitabitur digito ? δ) Quid imo haud statim largiri tenemur , vocabulis בְּבִטֵּן & κοιλία non solum ventrem propriè dictum , sed etiam quamvis cavitatem designari , quorum HOC Petaliosius , ILLUD Heumannus adstruere indulciliis habent . Sane exemplum ab Heumanno juxta §. I. allatum , rem non conficit ; imo , quod pace Viri doctissimi dixerim , plane im-

pertinenter allegatur, nihilque facit ad rhombum. Verum quidem est, Salomonem *Prov. XXII. 18.* velle, ut *Sapientia custodiatur in ventre*. An vero hic per *ventrem* intelligi potest *cavitas quadam*, cui res corporea valet includi? Minime Gentium! Afferuerat *Hermannus*, voce ventris nonnunquam *cavitatem quamvis indigitari*. Laterem ergo lavit, ad *Salomonis effatum tam velociter provocans*. Praetera alia longe ratio est hujus locutionis, qua *Sapientia in ventre custodiri dicitur*, & alterius, qua *Jonas in ventre Piscis fuisse*, memoratur. Nam in locutione priori figuratum sensum dati, facile ex eo patet, quod *Sapientia in Ventre custoditi*, ac ab eodem recipi non potest. E contra, quando *Jonas in ventre Piscis fuisse narratur*, propria totius narrationis acceptio ex eo stabilitur, quia *venter Piscis Jo-nam circumscribere valebat*; Talia itaque utrobiique sunt praedicata, qualia permittuntur esse a suis subjectis, ut Exegetarum filii loquuntur. Quid? quod & id notandum venit, non tam Regum *Sapien-tissimum injungere*, ut *Sapientia intra hominem recondatur*, quam, ut diligentissime obseretur, ac, velut cibus animalium non teneatur labilis externis tantum, sed deglutiatur quasi in ventrem, inque succum & sanguinem illic vertatur, simili petitio a cibo corporis, qui in stomachum abscinditur, & in nutrimentum abit. *Cohf. Bon. Geier. Com-men-t. in Prov. ad b. l. p. 1177.*

§. V. At obiecti potest (III) Cetum meatu gula tam arcta praeditum esse, ut vix brachium hominis nedū solidum hominem deglutire queat? Optime ergo dicit, *Jonam in ore Ceti diversorum suum triduanum iavenisse*. Enim vero repono r.) Consequentiam hanc inde perperam nego, quia manifestus Scriptura Textus repugnat, ac *Jonam non in ore, sed in ventre, ac visceribus Piscis magni haesisse*, & inde iterum ejectum esse recentef, vid, § III. 2.) Ad miraculum spectat non modo commo-ratio *Jonas in ventre Piscis*, sed & descensus in eundem, imitor *lignam B. Pfeifferi in Dub. Vexat. b. l. p. 848.* Posito itaque, Cetum gula tam arcta gaudere, ut integrum hominem deglutire non possit, DEus tamen, qui fecit, ut hicce pisces adnataret, quique *Jonas plane miraculo per tres dies, & tres noctes, absque cibo, & potu, vivum conservavit*, quique tandem Prophetam iterum in siccum ejici- curavit, ille inquam DEus, pro immensa sua omnipotentia, quoque effectit, ut per arctissimam Ceti gulam *Jonas penetraret in ventrem.*

Utut

Ut ut itaque maximum hic miraculi documentum nobis versetur ob  
oculos, attamen nonnisi risu dignam aestimo R. Salomonis relatio-  
nem, quam is, pro mirabili ingenii Rabbinici, in excludendis fa-  
bulis, fecunditate, impertitur in Comment. in h. l. Bibl. Buxtorff.  
col. 666. A. Ita autem verba nugivendi loc. cit. sonant :

זכר היה והויה עומר ברמת ר' לא נחן לך לחתפלו רמו  
ההקה לוא וווקיאו לוזך פוז ש נקבה שחיהה מלאה  
שוכריות והויה שבת בזרוק ונחפלו ש ש נחמור  
i. e. (Piscis deglutiens) erat mas, sed stabat (Jonas) in amplitudine, neque animum applicabat ad orandum. Jussit DEus benedictus Piscem hunc, & evomuit eum (Jonam) in medium os foemina, qua erat plena foetibus. Extitit itaque ibi (Jonas) in angusto loco, siveque oravit illic, nam dicitur Jon. II. 1. Ex visceribus דרגה i. e. pisces foemina (oravit). Ecce ! sic iuxta R. Salomonem prius process ad Deum dirigere noluit, quam in ventre balenæ foemina, feceribus oppletæ, ad angustias redigeretur. Sed quis fidem adhibebit, nigarum Magistro ? 3) sunt, qui negant, singulis balenæ esse fauces tam artas, ut hominem deglutiire nequeant. Cum enim Paulini in der erbaulichen Lust / Part. II. num. 20. pag. 179. seq. in B. Pfeifferi sententiam animadverteret, atque inter alia quoque argumenta, gutturi angustiam proferret in medium, mox Sigismundus Augustus Pfeifferus, Augusti Filius, B. Parentem defensurus, opposuit Paulino dissent. cui tit. Piscem, Jonæ deglutorum, fuisse balenam. In hac dissent. Lit. A. 3. sqq. regerit, parvus quidem, juniores ac communes balenas æctiori esse gutture, quam ut homini deglutiendo sufficiant, non vero majores ac adultiores. (4.) Qvodsi tamen innumeris tandem experimentis evinci posset, ne quidem majores balenas gutturis quadam capacitatem pollere, & præterea miraculosam Dei actionem, quoad transitum Jonæ per gula angustissimæ meatum, statuerere ambigeres, non spernenda videtur observatio Sam. Bocharti in Hierozoico P. I. p. m. 51., huc rediens, Ceti voce venire quemlibet Piscem cetraceum, h. e. maximum, ad balenæ magnitudinem proxime accedentem. Inter hos vero Pisces cetaceos reperiuntur aliqui vastissimæ gulae, ac ventris, ut facilime integrum hominem deglutiire, atque ipsatum in stomacho suo concedere queant. An vero tum Canis

marinus; qui *Carcharias* audit, apte pro Johae degluttore venditetus, uti Bocharto loc. cit. Part. II. p. 743. arridet, aliis discutiendum re-  
linquo. Sane dubia, huic opinioni a Petalossi objecta, eandem valde  
arient, Vid. *Die neuen Zeitungen von gelehrten Sachen ann.*  
1720. n. 44. p. 348. Ceterum varia notabilia quoad balænam lege  
apud Hoppelium in *Relationibus Curiosis de An.* 1689. p. 193. 199.

S. VI. Devenlo ultimo loco ad *Observationes practicas.* (I.)  
*Agnosce tua delicta, eaque lubenti animo confiteere.* Jonas turpis im-  
obedientia notam sibi inusserat, & tamen ipse candide hoc transgres-  
sionis genus, una cum aliis peccatis, confessus est, ac publico scripto  
consignavit. Simile quid observatur in *Mattheo*, qvl; non nescius,  
vel solum Publicanorum nomen, ob eorum fraudes, ac imposturas  
factere, nihilominus pristinam vitæ rationem, & qvd pariter malis  
istiusmodi artibus deditus fuerit, patet facere non detrectat *Marth. IX.*  
9. sqq. Tu ergo, o homo! confiteare tua delicta imprimis coram Deo,  
atque eorundem remissionem benignissimam toto ex pectori expete.  
Nam tegens prevaricationes suas non prosperabitur. Adde 1. Joh. I.  
9. 10. Sane David peccatorum suorum molem reticens, contabuit,  
e contra eandem notam faciens, veniam impetravit optatam *Pf. XXXII.*  
3. 4. 5. (II.) *Mirare sapientissimam Dei sapientissimi de rebus singulis*  
*dispositionem.* Jonas auffugens poenam luit, dum a Ceto ablorbe-  
tur, atque in vivum Sepulchrum, Ceti in uno ventrem, vivus deruditur,  
qvapropter apud Reusnerum in *Enigmatographia* p. 261. seqvens  
quasi epitaphium ipsi positum est:

*Me tumulus vivum capit, & vebit, ipse sepultus*

*Vivo tamen, redeo vivus, & e tumulo.*

Vid. Joh. Schützii *Apparatus Nominum Propriorum Tom. II.* p. 908.  
sq. Etiam si vero Jonas ita poenam luit, per vivam tamen sui sepul-  
turae, constitutus est typus Christi, indicante teste omni exceptione  
majore, Christo. *Marth. XII. 40.* Unde egregie *Augustinus de Ci-  
vitate Dei Libr. XIII. Cap. XXX.* Opp. *Tom. V. fol. 167. col. 2.* Jonas,  
ait, non tam sermoni Christam, quam sua quadam passione prophetavit,  
profecto apertius, quam se ejus mortem & resurrectionem voce clamaret.  
*Conf. hic B. Glaſſi Philolog. s. p. 334.* Ita Deus ex malo novit elicere  
bonum. Quidam itaque tuum, qvod te manet, infortunium, o  
Fili Dei! in tuum commodum dirigeret? Sane amantibus Deum omnia  
sunt bona. *Cooperatio*

cooperantur in bonum, Rom. IIX. 28. (III.) Noli mala perpetrare, nimirum  
DÉUS omnia videt, is quoque justam a te sumet vindictam. Jonas  
auffugitus Dei manum potentem effugere nequit ! Ah ! quo tu ibis,  
a Spiritu S. Ps. CXXXIX. 7. Semper itaque in memoriam tibi revoca  
emphaticum illud assertum Ps. XXXIV. 17: Facies Jehova est con-  
tra facientes malum, ad exsindendum e terra memoriam eorum. Si  
fugere vis, non fuge mandata Dei, sed peccata ; Tum fuga tua Deo  
erit maxime grata Syr. XXI. 2. (IV.) Noli in angustiis maximis  
animum defondere. Vivit omnipotens, qvl Jonam in ventre Ceti vi-  
vum conservavit, conservatumque ex eodem extraxit. Is quoque te  
in mediis periculorum procellis tubebitur, protegetque, ut sub um-  
bra ejus securae queas latitare, ac ovans ingeminara : Deus mihi in que  
confido, Ps. XCI. 2. Is ex intricatissimo tribulationum labyrintho te  
quam felicissime educet, ut liberiore tibi aura frui detur Ps. LXXIII.  
24. Is tandem te saluum faciet. 2. Tim. IV. 18.  
Constitutum quidem fuerat, nonnulla adhuc alia dicta hisce sub-  
jungere, sed revocatio in patriam jussit manum de ta-  
bula tollere.

## TANTUM !

חָסֵן וְנִשְׁלָמֵן שְׁבַח לְאָל בּוֹרָא שְׁוֹלָם

Viro Maxime Rever., Ampliss. atq; Excellentissimo,  
**DNO. JOHANNI ERNESTO**

BÜTTNERO,  
Consistorii Stadensis Consiliario Spectatissimo,  
Ministerii Seniori gravissimo,  
FAUTORI SUO LONGE ÆSTUMATISSIMO,  
CERTISSIMO,  
χαιρετινης ομηρινειν !

**P**atre, qvæso, VIR SUMME REVERENDE ! me in p̄t-  
fenti publica Te compellare epistola, qvem alias pro-  
illo, qvod inter nos intercessit, literarum commercio, priva-  
tis lineis vice plus simplici adire gavilus sum, Occasionem  
mihī

mibi p̄t̄ebet Pr̄cellentiss. Filius tuus, DN. Magister ANGELUS  
MATTHÆUS. Hic olim ante tres, & q̄od excurrit, annos, meo  
& hospitio & convictu usus, deliciis meis fuit annumeratus, tibique  
ægrè tunctemporis redditus. Idem vero hac vice, duos probæ notæ  
Studioſos comitatus, orasq̄e noſtras iterum viſitans, insigni  
animum meum perfudit gaudio, qvandoq̄uidem & pr̄iſtinum profi-  
ciendi ardorem, & antiquam pietatem ac fidem, non deſcreſcentem,  
ſed multum accreſcente, ſecum tulit, apportavitq̄e. Licet itaq̄e is,  
huc adventens, nihil minus, qvam moram qvandam in animo ſuo vol-  
veret, nihilominus tamen, honestissimis virtutis igniculis extimulatus,  
noluit ſecunda vice ex noſtro muſarum emporio diſcedere prius, qvam  
eruditioſis ſua haud vulgaris ſpecimina tam in examine rigoroflo, pro  
obtinendo Magisterii gradu, exantlato, qvam in publico diſputationis  
actu, edidiflet. Hinc appellens ad nos Filius tuus, Ministerii Candi-  
datus dignissimus, dimittitur à nobis cum egregio foenore, ornatus ſc.  
Doctoratus Philosophici jubare. Et ne eruditio ipſius insigni, diſ-  
tinguenda perenni, concaſenatisq̄e laboribus acqviſita, ſub modio qvazi  
videretur abſcondita, Cathedram quoq̄e Theologicam Academie  
noſtræ, qvam olim ſtudiorum fuorum matrem habuit, doctiſſimiſis ſuis  
diſcurſibus animare voluit, poſtqvam jam antea in promotionis actu  
ex ſuperiori Cathedra philosophica, doctiſſimam de *Diariis Erudi-*  
*torum Orationem recitasset, judiciumq̄e ſuum haud poſtremum in di-*  
*judicandis Autorum variorum ſcriptis, ſingulare cum ſingulorū ap-*  
*plauſu comprobasset.* O Te terque qvaterque felicem! Vir Celeberrime,  
cui Filius contigit, paternarum Virtutum ex affi hæres, Novi  
animum tuum ab inanibus Novatorum neniis alienum. Ea-  
dem Filio tuo eſt mens, utpote q̄i DEum, veramq̄e & orthodoxam  
doctrinam, in ſacris literis revelatam, & in Libris Symbolicis, juxta  
Sanctæ Scripturæ ducum, propositam, veneratur, & exoſculatur.  
Hunc DEus Optimus Maximus in DEI æterni gloriam, ecclesia evan-  
gelica incrementum, & Tui gaudium conſervet clementiſſime, no-  
visq̄e ſempre gratia ſuę accessionibus locupletet. Tu vero, *VIR*  
*EXCELLENTISSIME!* tam canitie, qvam meritorum gloria Vene-  
rabilis, Tu, inq̄vam, vive & vige adhuc qvam diuitiſſime, & cum Con-  
juge tua mellitissima, famillaq̄e ſplendidissima, blanda cœleſtis Pa-  
triſ aura ex voto fruete. Epp̄wæ! Dabam Rostochii MDCCXX, die  
Martini,

HERM. CHRISTOPH. Engelſten / D.

• ( \* ) •

3d 6020 II.

(2)

ULB Halle  
003 772 209

3



TA-706

WMA Natur



19  
18  
17  
16  
15  
14  
13  
12  
11  
10  
9  
8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
Inches  
Centimetres

PENTADEM  
DICTORUM SCR-  
PTURÆ V. TEST.  
A MANIFESTA PERVERSIONE  
VINDICATORUM,  
CONSENTIENTE SUMME VENERABILI FACULTATE THEOL.  
PRÆSIDE,  
VIRO MAGNIFICO, SUMME REVERENDO  
ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO  
**HERM. CHRISTOPH.**  
**ENGELESEN**/  
S.S. THEOL. DOCT. EJUSq; PROFESS. PUBL. ORD.  
ET H. T. FACULTATIS THEOL. DECANO SPECTABILI, NEG.  
NON AD ÆDEM JOH. PASTORE VIGILANTISSIMO,  
PATRONO, STUDIORUMq; SUORUM PROMOTORE, SUMMA  
ANIMI SUBMISSIONE, OMNIq; FILIALI OBSERVANTIA  
NUNquam NON DEVENERANDO,  
IN AUDITORIO MAXIMO,  
Anno MDCCXX. die XIII. Novembr., Horis Consuetis,  
publico placidoque ex*examen* submitit  
ex*examen* submitit  
AUTOR RESPONDENS  
**M. ANG. MATTH. BÜTTNER,**  
STADA-BREMENSIS, S. S. Ministerii Candidatus.  
ROSTOCII, Typis Joh. Wopplingi, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.

